Si pupillus, delato sibi juramento, juravit, postea deferens non poterit objicere inhabilitatem jurantis: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 56. p. 215.*; juramentum si quidem delatum, vel præstandum, vel referendum: *ibid. n. 53.* Hæres autem, cui legatarius, aut fideicommissarius juramentum defert, eis referre nequit: *ibi n. 64. p. 216.*; neque juramentum subire: *à n. 107. p. 219.*; per procuratorem sine speciali mandato, nec deferri, nec referri valet: *dict. c. 10. n. 71. p. 216.*; recusari quit juramentum, si deferatur in loco, ubi reus conveniri nequit: *ibi n. 76. p. 217.*; similiter si deferatur coram iudice, quem citatus recusat: *ibi n. 77.*; & etiam recusari potest ob rerum, personarumve diversitatem: *ibi à n. 78. ad 81. p. 217.* Si unus hæres absque aliis juramentum deferat, recusari valet, ne, altero adveniente, perjurium detegatur: *ibi n. 95. p. 218.*

Et denique quibus in casibus, seu actionibus, & quibus personis juramentum decisorium deferatur? *tr. 4. l. 3. c. 10. ex n. 35. ex p. 213.*

Requisita hujusmodi juramenti quænam? *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 82. p. 217.*

Citatus ad animam ad primam usque audientiam spectandus est: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 77. p. 217.*; & si citatus terminum ad deliberandum petat, à iudice concedi debet: *dict. c. 10. num. 72. p. 217.*

Voluntarium juramentum nemo præstare cogitur: *dict. c. 10. n. 74. p. 217.*

Declinatoriam habens apponendam,

jurare non obstringitur: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 83. p. 217.*; nec quando probatio solummodo per instrumentum fieri debet: *ibid. n. 84. p. 217.*

Juramento præstito tres nascuntur actiones, & quænam? *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 55. p. 215.*

Quibus hujus juramenti exceptio competat? *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 58. p. 215.*; fidei iussoribus, mandatoribus, & pecuniæ constitutæ reis: *ibi n. 59. p. 216.*; patri de peculio, vel de in rem verso prodest juramentum filii: *n. 60.*; procuratoris, aut defensoris domino: *n. 61.* A' correo credendi delatum quando socio prodest, vel nocet? *ibi n. 93. p. 218.*; & quando, nemine deferente, juranti prodest, vel officiat? *n. 96.*; præstitum in una causa, non extenditur ad aliam, nisi correlativæ sint: *ibi n. 97. p. 218.*

Nisi juramentum iudex approbet, pars invita, cui deferretur, jurare non cogitur: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 62. p. 216.*

Unius correorum juramentum, præsertim socii ejusdem societatis, aliis correis nocet: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 57. p. 215.*

Qui ob supervenientes probationes juramentum revocavit, iterum ad illius delationem convolare nequit: *dict. c. 10. n. 63. p. 216.* Post oblatum juramentum per procuratorem generalem revocari nequit: *ibid. n. 66. p. 216.*; confessione jurantis etiam juramentum retractatur: *n. 88. p. 218.*

Juramentum sententiæ declaratoriæ non indiget quò ad jurantem, sed solum quò ad ejus hæredes: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 98. p. 218.*

Semel tantum juratur, nisi causa mutetur: *tr. 4. l. 3. c. 10. n. 99. p. 219.*; & stante justâ recusationis causâ, nullus jurare cogitur: *ibi n. 67. p. 216.*; vel quando ex præsentis statu periculum perjurii subest: *n. 68.*; vel quando super factò alieno juramentum ignorantis deferretur: *n. 69.*; si quidem hæres jurare non obstringitur, nisi informatus sit: *n. 75. p. 217.*; vel quando

do post sententiam defertur: *n.* 70. p. 216.

Referre juramentum reus non cogitur ei, qui in eadem, vel simili causâ perjurus fuit: *tr.* 4. l. 3. c. 10. n. 85. p. 218.; neque habenti contrâ se præsumptionem: *ibid.* n. 86.; nec infami: *n.* 87.; qui per testes probavit, neque subire, neque referre jusjurandum cogitur: *n.* 89.; prodigus pariliter sine curatoris autoritate: *n.* 90.; pariformiter procurator, defensor, & inhabilis ad iudicium: *ibi* n. 91.; pari modo si alio agente perjurium detegi potest: *ibi* n. 92.; similiter habens suam intentionem fundatam: *n.* 101. p. 219.; ita quidem in actione, quæ intentari nequit: *n.* 102.; & similiter emptor actionem de evictione habens: *n.* 103.; idem in causis spiritualibus, in matrimonio dissolvendo, & magnis in causis: *n.* 105.; & etiam in curatore sine minoris mandato: *n.* 106. p. 219.

*Juramentum calumniæ.*

Quandò curator, ac tutor de calumnia jurare possint? *tr.* 3. l. 4. c. 10. n. 64. p. 213. & *tr.* 5. c. 13. n. 1. & 2. p. 33.

Quandò curator ad litem? *tr.* 3. l. 5. c. 8. n. 124. p. 312. Quandò præstandum sit? Ex officio, solum post litis contestationem: partibus petentibus, tam antea, quam postea: *tr.* 5. c. 20. n. 25. p. 42.

Si tutor plures pupillos habeat, & eorum alius adversus alium agat, an possit pro utroque de calumnia jurare? *tr.* 3. l. 6. c. 8. n. 15. 16. p. 15. 16.

Tutor, curator, Prælati, domini, cæterique administrationem habentes, juramentum calumniæ præstare possunt: *tr.* 3. l. 5. c. 8. n. 112. p. 311.

Minor, & pupillus doli capax tenetur quoque de calumnia jurare: *tr.* 3. l. 5. c. 8. n. 109. p. 311.

*Juramentum in litem.*

Quotuplex sit? *tr.* 1. l. 4. c. 1. num. 96. p. 411.

Quandò locum habeat? *tr.* 4. l. 1. c. 1. n. 40. p. 9.; quandò contrâ tutorem? *tr.* 4. l. 2. c. 8. n. 3. p. 107.; contra patrem non admittitur: *tr.* 4. l. 5. c. 11. n. 12. p. 402.; contra matrem verò admittitur: *ibid.* n. 14. p. 402.; admittitur etiam adversus administratorem librum, ac inventarium non exhibentem: *tr.* 4. l. 5. c. 6. n. 70. p. 360.; an contrâ fratrem, tutorem, curatoremvè? Si ut tutor administret, nemo inficiari audet: *tr.* 4. l. 6. c. 1. n. 5. p. 3.; si non ut tutor, curatorvè administret, nullus autumare conatur: *ibid.* num. 8. p. 3.; adversus depositarium, qui ob contumaciam, dolum, aut culpam latam rem depositam non restituit, admittitur: *tr.* 4. l. 6. c. 8. n. 6. 14. p. 72. & seq.

Quibus deferatur? Quomò non deferatur, nisi benè informati: *tr.* 1. l. 4. c. 1. n. 46. 54. p. 406. & seq.; si sint benè informati, defertur hæredibus: *ibid.* n. 47.; procuratori, & negotiorum gestori: *ibid.* n. 48.; cessionario: *n.* 49.; successoribus in dignitate: *n.* 50.; procuratoribus fiscalibus: *n.* 51.; juranti se esse informatum: *ibid.* num. 121. p. 415.; multisquè aliis, de quibus *ibi* *ex n.* 120. *exp.* 414.

Quandò deferatur? Post litem contestatam, & ante conclusionem in causa: *tr.* 1. l. 4. c. 1. n. 58. p. 407.

Quandò detur in causis magnis, & ordinariis? *tr.* 1. l. 4. c. 1. n. 125. p. 416.

An appelletur à delatione ejulcemodi juramenti? *tr.* 1. l. 4. c. 1. à n. 112. ad n. 114. p. 413.

Quibus non deferatur? Non benè informati: *tr.* 1. l. 4. c. 1. n. 46. p. 406., & à n. 126. p. 416.; idcirco omnibus supra relatis non defertur, si non sint benè informati: *ibi* n. 119. p. 414.; neque defertur illi, qui contrâ se habet

bet præsumptionem: *num. 57. p. 407.*; quia requiritur habilitas illius, cui defertur: *ibi n. 59.*; neque defertur multis aliis personis, de quibus *ibi à n. 121. à p. 415.*; ex dolo præsumpto *ibidem non defertur: à n. 127. ad 129. p. 414.*; neque defertur adversario à tutoribus, curatoribusvè in rebus pupilli, sivè probationes adsint, sivè non: *tr. 3. l. 6. c. 14. n. 29. p. 28.*; neque ipsi tutores, aut curatores jurare possunt in litem pupilli nomine: *ibidem n. 43. p. 29.*

Non defertur, nisi à iudice, & citata parte: *tr. 1. l. 4. c. 1. num. 55. 56. p. 407.*

Sine dolo, latavè culpâ non juratur in litem: *dict. c. 1. n. 52. p. 406.*; neque ubi probatio aliter fieri valet: *ibi n. 53. 124. p. 407. 416.*; quælibet enim causa sufficit, ut juramento in litem locus non sit: *ibi n. 123. p. 415.*

Adversus quos deferatur? Adversus matrem administrantem postquam ad secundas migravit nuptias: *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 29. p. 404. & tr. 4. l. 5. c. 11. n. 14. p. 402.*; adversus matrem, aviam, fratres, sorores, vel non, vel minus rectè inventarium conficientes: *ibi n. 59. p. 407.*; adversum morosum, & alios: *ibid. n. 92. p. 110.* Contra tutorem an? *tr. 4. l. 2. c. 8. n. 3. p. 107.*; contra administratorem librum, ac inventarium non exhibentem: *tr. 4. l. 5. c. 6. n. 70. p. 360.*; an contra fratrem tutorem, curatoremvè? Si ut tutor administret, nemo inficiari audeat: *tr. 4. l. 6. c. 1. n. 5. p. 3.*; si non ut tutor, curatorvè administret, nullus autumare conatur: *ibi n. 8. p. 3.*

Adversus depositarium, qui ob contumaciam, dolum, aut culpam latam rem depositam non restituit: *tr. 4. l. 6. c. 8. n. 6. 14. p. 72. & seq.* Adversus fures: *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 93. p. 110.*; nec non adversus auxiliantes, custodes, commodatarios, & rei furtivæ depositarios: *ibid. n. 94.*; adversus non implentem factum promissum: *ibi n.*

*95.*; adversus patrem legitimum administratorem, tutorem, & usufructuarium non conficientes inventarium: *tr. 1. l. 4. c. 2. n. 7. p. 424.*; vel si omnia bona in inventario non descripserunt: *ibi n. 8.* An juretur etiam adversus hæredem gravatum, & fideicommissarium universalem? *ibi n. 9. p. 424. & l. 3. c. 2. n. 37. p. 286.*; non tamen tenetur fideicommissario in solidum: *dict. l. 4. c. 2. n. 9. p. 424. & l. 3. c. 2. n. 38. p. 286.* Adversus occultantes bona in inventario, vel in descriptione: *tr. 1. l. 2. c. 5. n. 10. 16. p. 192. & seq.* Adversus Regem, Principem, patrem, tutorem, clericum toties defertur, quoties si fuissent laici deferretur: *tr. 1. l. 2. c. 11. n. 42. 64. p. 246. 249.*; adversus hæredem etiam beneficiatum, vel quando non ostendit res in inventario contentas ad illarum valorem probandum: *tr. 1. l. 3. c. 8. n. 120. p. 328.*; vel quando repudiat hæreditatem post res hæreditarias receptas absque inventario, & post petitum tempus ad deliberandum: *ibi n. 121. p. 328.* Adversus tutorem nec inventarium, nec libros rationum conficientem: *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 17. p. 402.*; prout etiam si post susceptam tutelam inventarium faciat: *ibi n. 24. p. 403.*; vel si fuerit in culpa etiam levi: *n. 25.*; vel si absque solemnitatibus, & causâ alienaverit: *n. 26. p. 404.*; vel si administrare inceperit ante decretam tutelam: *n. 27.*; vel post remotionem à tutela: *ibi n. 28.*; vel si pupilli pecunias in negotio non consueto apponat: *n. 30.*; vel si cum propriis rationibus pupilli rationes miscuerit: *n. 31.*; si inventaria fuerint valdè defectuosa, & inordinata: *n. 33.*; vel si de mendacio convictus fuerit: *n. 34.*; vel si bona pupilli in suos usus converterit: *ibi n. 32.*; vel si in libro expensum, & non receptum posuerit: *n. 36.*; vel si negligens fuerit in exigendo pupilli debita: *n. 37.*; si pecunias pupilli inutiliter



tiliter expenderit: *ibid. n. 38. p. 405.*; si rem magnam alienaverit, modica sufficiendo: *n. 39.*; si indebitum solvit: *n. 40.*; si impuberem instruere non curaverit: *n. 41.*; vel si, cum esset antea pauper, post susceptam tutelam dives fiat: *à n. 42. à p. 405.* Datur etiam adversus tutores dolosos: *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 60. p. 407.*; adversus occultantes bona in inventario: *ibi n. 61.*; adversus pro-tutores, & procuratores: *n. 62.*; & adversus omnes administratores inventarium non facientes, quando illud facere tenebantur: *n. 63.*; adversus merè privatum habentem officium cum administratione: *ibid. n. 64 p. 408.*; contra coadjutores tutoris, & quoscumque, qui per se, & non periculo alterius gerunt: *n. 65.*; contra Ecclesiasticos: *n. 66.*; Prælatos inventarium non facientes: *n. 67.*; minorem dolosum: *ibid. n. 68.*; Imperatores, Reges, & Principes: *n. 69.*; viduam occultantem viri bona in creditorum fraudem: *n. 70. 71.*; contra hæredes tutorum, curatorum, cæterorumque administratorum: *num. 72.*; modò lis fuisset cum defuncto contestata: *n. 72. 73.*; contra spoliantem: *ibi n. 74. 75.*; injuriantem: *n. 76.*; dolosè se facientem procuratorem, aut Notarium: *n. 77.*; contra caupones, muliones, & nautas pro rebus ibi impositis: *ibi n. 78. p. 409.*; lacerantes, aut surripientes scripturas: *n. 82.*; adversum illas non exhibentes, quando ex officio eas custodire tenentur: *num. 83.*; comburentem segetes: *n. 84.*; invasorem mobilium, ac immobilium, & plures alios: *n. 85.*; vendentem rem litigiosam: *n. 86.*; depositarium: *n. 87. p. 410.*; thesaurarios, factores, camparios, & alios: *n. 88.*; adversus conductorem, rem locatam dolo malo non restituentem: *n. 89.*; locatorem si rem locatam alteri vendit: *n. 90.*; contra eum, qui dolo possidere desinit: *n. 91.*; & denique adversus admi-

nistratorem, qui pecuniam domini in proprios usus convertit: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 27. p. 591.*

Adversus quos juramentum in litem non deferatur? Non deferitur contra patrem: *tr. 4. l. 5. c. 11. n. 12. p. 402.*; neque adversus hæredem non conficientem inventarium: *tr. 1. l. 2. c. 11. n. 30. 31. p. 245.*; neque adversus testamenti executorem, licet inventarium, vel descriptionem bonorum non conficiat: *tr. 1. l. 4. c. 6. n. 6. p. 470.*

In quibus actionibus locum habeat juramentum istud? *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 40. p. 9.* & *tr. 1. l. 4. c. 1. à n. 115. p. 413.*, ubi quòd detur in actionibus bonæ fidei, in redhibitoria, & aliis multis in *n. 116.* Quando in actionibus bonæ fidei contrariis? *ibid. n. 117. p. 414.* Quando in actionibus stricti juris? *ibi n. 118. p. 414.*

Instrumentis de novo repertis, an quis audiatur contra juramentum in litem? *tr. 4. l. 8. c. 1. n. 58. p. 220.* Et quando adversus juramentum istud admittatur probatio? *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 111. p. 413.*

Juramentum affectionis quodnam sit? *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 98. p. 411.*; quæ requirantur ad hoc, ut locum habeat? *ibi n. 100. p. 411.*

Juramentum super interesse quale sit? *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 101. p. 412.*

*Juramentum ad inventarium conficiendum.*

Juramentum istud, apud Nostrates, est de forma substantiali inventarii: *tr. 1. l. 1. c. 8. n. 7. p. 106.*; & est à judice necessariò præstandum: *ibi n. 6. 8.*; quibus in casibus per procuratorem assumi queat? *n. 14.*; eo, quòd regulariter per ipsammet personam inventarium conficientem sumendum sit: *n. 15. p. 106.*

## Juramentum suppletorium.

Quando deferatur? Discutitur post pulchrum examen qualitatuum personarum in *tr. 5. c. 13. n. 3. p. 33.* & in *tr. 9. q. 59. n. 57. p. 348.*

De potestate tutoris, curatorisvè circa recipiendum, deferendumvè juramentum hocce, in *tr. 5. c. 13. n. 1. p. 33.* & *tr. 3. l. 5. c. 8. n. 117. p. 311.*

Per juramentum istud liquidari debet bonorum valor, postquam probata est eorum extractio: *tr. 9. q. 89. n. 1. p. 467.*

Defertur auctori semi-plenè probanti: *tr. 6. l. 6. c. 17. n. 22. p. 382.* Limita in recusante, huic enim non defertur: *tr. 6. l. 4. c. 1. n. 80. p. 130.* & *l. 6. c. 17. n. 23. p. 382.* Limita secundo in delictis: *tr. 6. l. 6. c. 17. n. 24. p. 382.*

*Juris-consulti.* Mirabiles fuerunt Paulus in ortu, Julianus in moribus, Ulpianus in integritate, Celsus in subtilitate, Neratius in acumine mentis, Papinianus in sensu juris, Modestinus in elegantia, Tributius, ac Tribonianus in ubertate: *Prolog. in med. in tr. 9.*

*Jurisdictio* definitur: *tr. 5. c. 1. n. 1. p. 33.* Consuetudine *jurisdictio* acquiritur: *tr. 1. l. 4. c. 14. n. 24. 25. p. 672.*

Competentiarum materia frequens est: *tr. 1. l. 4. c. 14. n. 119. p. 684.*

*Jurisdictio* an sit sua, potest cognoscere *judex*, si controversia est inter ipsum *judicem*, & partem; secùs si est inter duos *judices*, quia tunc superior cognoscit; vel si *sportulæ*, aut alia *litis commoda* fuerint magnæ quantitatis: *tr. 6. l. 4. c. 8. n. 76. 77. 78. p. 178.*

*Jurisdictio* excitata, seu suscitata, quæ sit? *tr. 6. l. 5. c. 5. n. 8. & 12. p. 296.* Excitata respectu unius *judicis*, respectu superiorum illius excitata censetur: *dict. c. 5. n. 13. p. 296.* Quibus in casibus *jurisdictio* non excitatur, etsi à Principe causæ cognitio committatur?

*ibi dict. c. 5. n. 15. & 22. p. 296. & 297.*

Cùm *jurisdictio* delegatur, interponitur gravamen, vel appellatio ad Principem delegantem, vel ad eos, qui ab illo fuerint designati: *tr. 6. l. 5. c. 5. n. 16. p. 296.*: quando verò *jurisdictio* purè excitatur, appellatio, & gravamen interponitur ad eosdemmet superiores, ad quos pertinerent, si talis excitatio *jurisdictionis* non daretur: *ibi n. 13. p. 296.*; & si *judex* utroque in casu ad alios appellacione, vel gravamen recipiat, in expensis multiplicabitur: *n. 17. 18. p. 296.*

Quomodo debeat agnosci, an Princeps *jurisdictionem* committat ratione officii, ut sit excitata; vel ratione personæ, ut sit delegata? *tr. 6. l. 5. c. 5. n. 23. & seqq. p. 296.* Tu verò dic, quòd quando habetur respectus ad personam delegatam, est delegatio personalis, & ex eâ *judex Ordinarius* efficitur delegatus: *ibi n. 24. p. 297.*; quando autem habetur respectus ad officium, dignitatemvè, *jurisdictio* non delegatur, sed solum excitatur: *n. 25. p. 297.*

Unius *judicis* *jurisdictio* ab alio *judice* interrumpi nequit: *tr. 1. l. 1. c. 3. n. 27. p. 86.*; quapropter, tùm inferiores, tùm superiores *judices* debent se continere intrâ suæ *jurisdictionis* terminos: *tr. 1. l. 4. c. 14. n. 110. 111. p. 684.*; neque *Senatores Palatini* suam *jurisdictionem* extendere queunt ultra casus in suo regimine contentos: *dict. c. 14. n. 112. p. 684.*; nefas namque est alienam deturbare *jurisdictionem*; imò delictum, ac reatum mortale est: *ibi n. 216.*; verùm suam defendere *jurisdictionem*, omnibus licitum est *judicibus*: *ibi n. 117.*; sive sint ordinarii, sive delegati: *n. 118. p. 684.*

*Ordinarius* *judex* procedere valet contra delegatum, suam *jurisdictionem* excedentem: *tr. 1. l. 4. c. 14. n. 113. p. 684.*; nisi intrâ terminos suæ delegationis delinquat: *ibi n. 114. p. 684.*

*Jurisdictio* ordinaria amplissima est, habet-

- betquè intentionem fundatam ad-  
versus quoscumque: *tr. 7. c. 19. n. 40.*  
*p. 210. & c. 25 n. 32. p. 378.*
- Jurisdictione ordinaria à solo Principe  
concedi potest: *tr. 9. q. 22. n. 15. p. 112.*;  
quia omnis jurisdictione est penes Prin-  
cipem, & ab eo, tanquam à fonte,  
dimanat: *tr. 7. c. 19. n. 42. p. 210.*; po-  
test eam, ut voluerit, communica-  
re: *ibid. n. 43.*; & idem dicendum de  
jurisdictione excitata: *dict. q. 22. n.*  
*16. p. 112.*
- Prorogationem inter, & renuntiatio-  
nem jurisdictionis differentia: *tr. 5.*  
*c. 1. n. 35. p. 7.*
- Ordinaria ad certos casus restricta, an  
ad diversos prorogetur, nec ne? *tr.*  
*5. c. 1. n. 30. 31. p. 6.*
- Jurisdictione limitata ad causas certæ  
qualitatis potest à partibus proroga-  
ri, vel non? *tr. 2. l. 8. c. 3. n. 13. 14. p. 799.*  
*& n. 15 & seqq.*, ubi de variis proro-  
gationibus.
- Jurisdictione ecclesiastica sæculari supe-  
rior est: *tr. 1. l. 4. c. 6. n. 96. & 113. ex*  
*p. 480.*
- A jurisdictione sæculari sunt omninò  
exempti Episcopi, cæterique omnes  
Ecclesiastici: *tr. 1. l. 4. c. 4. n. 2. p. 450.*;  
aliquando tamen coram judice sæcu-  
lari conveniuntur: *ibi n. 4.*
- Incidente quæstione super jurisdic-  
tionem Ecclesiasticam inter, & sæcula-  
rem, ille, & non iste cognoscit: *tr.*  
*1. l. 4. c. 14. n. 43. p. 674.*
- Orphanorum judices criminalem jurif-  
dictionem non habent: *tr. 3. l. 8. c. 4. n.*  
*6. p. 301.*; atverò jurisdictionem ha-  
bent, etiam post orphanorum eman-  
ipationem, in litibus super inven-  
tario contra illos, & quoscumque  
alios: *tr. 5. c. 1. n. 42. p. 8.*
- Minores, orphani, & pupilli, absque  
tutoris, curatorisvè autoritate ju-  
rificationem prorogare nequeunt:  
*tr. 3. l. 6. c. 12. n. 10. p. 24. & tr. 5. c. 1. n. 37.*  
*38. p. 7.*; & sic similiter neque orpha-  
ni, neque eorum tutores, in præju-  
diciam suorum specialium judicum:
- dict. c. 1. num. 29. 30. p. 6.*
- Jurisdictione privativa omnem aliam ex-  
cludit: *tr. 7. c. 16. n. 4. p. 142.*
- Jurisdictione data ad favorem domini à  
subditis prorogari non potest: *tr. 7.*  
*c. 19. n. 39. p. 210.*
- Judices nullam aliam habent, quam à  
Principe communicatam jurisdic-  
tionem: *tr. 7. c. 19. n. 44. p. 211.*
- Jurisdictione Inquisitorum, Judicumquè  
fiscalium quò ad privilegiatos sepa-  
rata est ab Ordinario: *tr. 7. c. 19. n. 37.*  
*p. 210.*
- Delegari an, & quandò possit jurifdi-  
ctio? *tr. 9. q. 22. n. 17. & seqq. p. 112.*
- Jurisdictione delegata est odiosa, ordi-  
naria autem favorabilis: *tr. 6. l. 5. c. 5.*  
*n. 29. p. 29.*
- Improrogabilis est jurisdictione privati-  
vè concessa: *tr. 9. q. 63. n. 23. p. 366.*
- Jurisdictionem exercere haud potest  
unus judex sine altero in territorio  
communi: *tr. 3. l. 5. c. 4. n. 24. p. 262.*
- In territorio alterius nullus judex jurif-  
dictionem exercere valet: *tr. 9. q. 22.*  
*n. 9. 13. p. 111.*; & quandò valeat? *ibi*  
*n. 21.*; ideò debet alterius territorii  
judicem requirere: *n. 10.*; & requisit-  
us, seu deprecatus, tenetur requi-  
sitionem, seu precatorium adimplè-  
re: *n. 11. & seqq.*; tuncquè judex re-  
quisitus, suam non alterius, jurifdi-  
ctionem exercet: *n. 14. & seqq. p. 112.*
- Posita suspicione, à recusati jurifdi-  
ctione recusans eximitur: *tr. 6. l. 5. c.*  
*7. n. 1. p. 301.*
- Jurisdictione, vulgò *Alçada*, judicis fis-  
calis Eboræ: *tr. 7. cap. 25. & 34. Re-*  
*gim. judic. confiscat. p. 395. & 399.*: qua-  
lis autem sit jurisdictione hujus judicis  
in criminibus incidentibus? *ibi cap.*  
*25. p. 395. & cap. 34. p. 399.*
- Alia de jurisdictione, haud parvi pen-  
denda, invenies in *tr. 2. l. 2. c. 9. à n. 24.*  
*p. 197.*
- Jus in genere.* Jus quare involutum,  
contrariisque opinionibus illaquea-  
tum? *tr. 2. in Prolog. in princ.*
- Jus, vel est præsens, vel futurum, quæ-  
situm,

- fitum, vel quærendum; & quæ sint? *tr. 6. l. 3. c. 4. à n. 18. p. 77.* Futurum jus quando in iudicium deduci queat? *tr. 9. q. 29. tot. à p. 160.*, & videas verb. *Futurum. p. 200.*
- Jus quando dicatur dubium? *tr. 9. q. 12. n. 4. 5. 6. p. 49.*; & ex jure dubio nemo condemnandus: *ibid. n. 3. p. 49.*
- Divinum lædens jus, gehænae efficitur reus: *tr. 9. q. 20. n. 19. p. 88.*
- Naturale lædens jus, dum ab eo deviat, perversus, injustus, ac improbus est homo: *tr. 9. q. 20. n. 20. 21. 24. p. 89.*
- Nostrum jus Regium secundum veritatem judicare jubet: *tr. 9. q. 28. n. 8. p. 145.*
- Reale jus quando transferatur? *tr. 9. q. 13. n. 5. p. 53.*, & respicias verb. *Census, ac Dominium. p. 56.* & 131
- Jura personalia personam non egrediuntur: *tr. 2. l. 2. c. 9. n. 42. p. 200.*
- Juris quæstio, licet difficilis sit, nondicitur carere altiori indagine, & statim resolvenda, quoniam apertis libris illicò deciditur: *tr. 2. l. 2. c. 10. n. 60. p. 207.* & *l. 8. c. 20. num. 16. 17. 18. p. 860.*
- Canonicum jus hodie servatur etiam in foro civili: *tr. 2. l. 8. c. 8. n. 7. p. 826.*; præsertim quando materies peccatum involvit: *ibid. l. 8. c. 13. num. 25. p. 838.*
- Jura scire omnes præsumuntur: *tr. 1. l. 3. c. 11. n. 86. p. 371.*; & ea ignorare, lata est culpa: *ibid. n. 89. p. 371.*
- Quod quisque juris in se suscipit, ipse eodem jure utatur: *tr. 1. l. 1. c. 2. num. 34. p. 80.*, intelligendo ut in *num. 36. ibidem.*
- Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet: *tr. 9. q. 53. n. 25. p. 296.*
- Jure scripto deficiente ad æquitatem recurrendum: *tr. 1. l. 2. c. 2. num. 19. p. 179.*
- A jure communi odiosus omnis recessus, & omnis regressus favorabilis est: *tr. 1. l. 4. c. 6. n. 107. p. 481.*
- Donans, legans, vendensve rem, in qua aliquod habet jus, illud tantum donare, legare, vendereve censetur: *tr. 1. l. 4. c. 8. n. 164. 165. p. 558.*
- Jura de tutoribus loquentia, de cæteris omnibus administratoribus loquuntur: *tr. 4. l. 2. c. 9. n. 26. p. 121.*
- Quod attinet ad jus publicum, patria potestas non attenditur: *tr. 6. l. 2. c. 6. n. 3. p. 31.*
- Jus sibi ipsi dicere nemo potest: *tr. 6. l. 1. c. 19. n. 13. p. 19.*; nec filiis, nec consanguineis, vel affinibus, vel è contrà, sine expresso partium consensu: *tr. 6. l. 2. c. 6. n. 2. & 6. p. 31. 32.*; dum tamen non recusatur, validè jurisdictionem exercet: *dict. n. 2.*
- Jura omnia Pontifex, & Princeps in scrinio pectoris habent: *tr. 6. l. 2. c. 2. n. 19. p. 27.*

## Jus accrescendi.

- Portio portioni accrescit: *tr. 1. l. 3. c. 9. n. 27. p. 337.*; & an accrescat cum onere? *tr. 2. l. 4. c. 11. n. 111. 112. p. 412.*
- Quid accrescit, recipit qualitatem ejus, cui accrescit: *tr. 1. l. 2. c. 11. n. 142. p. 257.*; idcirco hæres, qui inventarium fecit, de portione sibi postea accrescente iterum facere non tenetur: *ibid. n. 141. p. 257.* & *l. 2. c. 13. n. 11. p. 237.*
- Utrum jus accrescendi impediatur revocationem abstentionis? *tr. 2. l. 1. c. 12. n. 14. 15. p. 105.*; & an admittat repudiationem, seu abstentionem? *dict. c. 12. n. 64. 65. p. 109.*
- Quando habeat, vel non, locum jus accrescendi? *tr. 2. l. 4. c. 11. tot. à p. 403.*
- In successibus ab intestato locum sibi vindicat: *tr. 2. l. 4. c. 11. n. 1. 2. p. 403.* In successibus ex testamento an? *ibid. n. 3. 4.* In legatis habet bitnè locum ex conjunctione legali? Inficias eunt omnes: *tr. 2. l. 4. c. 11. n. 28. p. 405.*; nisi legatum habitum foret pro non scripto: *ibi n. 29. p. 406.*
- In contractibus nunquid? *dict. c. 11. à n. 75. ad 78. p. 410.*

Pars hæreditatis repudiata an accrescat venditori, vel emptori? Illi: *tr. 1. l. 3. c. 9. n. 24. p. 336.*

Legatario hæreditas non accrescit, etiam non instituto hærede: *tr. 1. l. 3. c. 9. n. 21. p. 336.*

In re certa instituto accrescit tota hæreditas, si nullus datus est cohæres: *tr. 1. l. 3. c. 9. n. 22. p. 336.*

Inter duos fiscos locus est juri accrescendi: *tr. 1. l. 4. c. 9. n. 9. p. 563.*

An jus accrescendi prohiberi queat à testatore? *tr. 2. l. 4. c. 11. à n. 5. ad 8. p. 404.*

In concursu conjunctorum quis accrescendi jure præferatur? *tr. 2. l. 4. c. 12. à p. 413.*

Portio accrescens dividitur secundùm hæreditatis portionem, in qua unusquisque hæres est: *tr. 2. l. 4. c. 12. n. 1. p. 413. & l. 5. c. 20. à n. 38. ad 45. à p. 584.* Et è contra:

Portio decrescens minuitur, & auferitur unicuique secundùm sibi adscriptam portionem: *dict. c. 20. à n. 46. ad 49. p. 585.*

Ex potentia juris accrescendi bonorum divisio peti potest, prout dicemus in verb. *Partitiones.*

Reliqua in verb. *Portio.*

*Jus deliberandi.*

Jus deliberandi etiam hodie (post remedium beneficii inventarii) locum habet: *tr. 1. l. 1. c. 2. n. 74. p. 83.*

Terminus ad deliberandum hodie solus est decem, vel ad summum quindecim dierum: *tr. 1. l. 1. c. 2. num. 75. p. 83.*

Hæres, qui tempus ad deliberandum petit, si inventarium non conficiat, in solidum tenetur: *tr. 1. l. 3. c. 3. n. 9. p. 289.*

Hæredi petenti terminum ad deliberandum non currit tempus præfinitum ad factionem inventarii: *tr. 1. l. 1. c. 2. n. 25. p. 79.*; nisi malitiosè petat: *ibi n. 26. p. 79.*

Pendente termino ad deliberandum non potest hæres à creditoribus, aut legatariis molestari: *tr. 1. l. 1. c. 2. n. 27. 28. p. 79.*; nec eo pendente currit adversus eum præscriptio: *ibid. n. 28.*; sed conveniri potest pro omnibus, quæ bonum animæ defuncti respiciunt: *n. 29. 30.*; & similiter pro relictis ad pias causas: *n. 31.*; sicut pariter si actione reali, hypothecariavè conveniatur: *n. 31.*; nec non si à creditoribus liquidis conveniatur, cautione præstita de restituendo prioribus: *n. 32. p. 79.*; & pariter si citius inventarium conficiat: *n. 56. p. 81.*; pariformiter ex promissione ab hærede denuò facta: *n. 58. p. 82.*; & sic similiter ex usuris per defunctum extortis: *n. 59.*; & ex rebus à defuncto ablatis: *n. 61.*; prout pariter ex legatis piis: *n. 62.*; nec non ex funeris, & medicinarum expensis: *n. 68. 69.*; ex alimentis: *n. 70.*, intelligendo ut in *n. 72. p. 83.*; & similiter conveniri valet, si hæreditas est evidenter opulenta: *n. 73. p. 83.* Et contra autem poterit hæres infra præfatum tempus alios convenire? Vi-

ctrix erit affirmativa pars in *tr. 1. l. 1. c. 2. à n. 34. ad 36. p. 80.* Si tamen hæres intra præfatum terminum conveniat, reconveniri valet: *ibi n. 37.*; nisi ex necessitate agat: *n. 38. p. 80.*

Ad deliberandum pendente termino bona hæreditatis manent apud hæredem petentem terminum: *tr. 1. l. 1. c. 2. n. 44. p. 81.*

*Jus offerendi.*

Tàm fisco, quàm privato creditori jus offerendi competit: *tr. 1. l. 4. c. 12. n. 116. p. 647.*; etiam intra tringinta annos: *ibi n. 117. p. 647.*

*Jus Patronatus.*

Nunquid præsentatio juris patronatus

no fit à viro, vel ab uxore faciendâ? *tr. 2. l. 7. c. 9. n. 53. p. 751.*

Reliqua aspicias, quæso, in verb. *Præsentatio.*

*Jus reservatum.*

Jus reservatum operatur, quòd opponens, executione suspensâ, in iisdem actis audiatur: *tr. 4. l. 8. c. 8. num. 8. p. 261.*

Reservato juri nullum inferri potest præjudicium: *tr. 9. q. 13. n. 18. p. 55.*

Teneas mente, moneo, quòd reservatio juris, jus neque tribuit, neque aufert: *tr. 9. q. 90. n. 9. p. 740.*

*Jus tertii.*

Tertiius jus quando allegari queat, nec ne? *tr. 9. q. 44. à n. 11. p. 263.*; siquidem regula juris est, quòd jus tertii non licet cuique allegare: *tr. 1. l. 2. c. 12. n. 84. p. 267.* & *tr. 2. l. 2. c. 2. n. 4. p. 126.*; quæ quidem regula fallit, quando jus tertii est exclusivum juris agentis: *dict. c. 12. n. 83. 84. p. 267.*

An Princeps possit per legem, aut scriptum tollere jus tertio quæsitum sine factò ejus? De jure ordinario minime: *tr. 2. l. 5. c. 18. n. 85. p. 574.* De plenitudine potestatis, (quâ nostri Fidelissimi Reges non utuntur) sic: *tr. 2. l. 1. c. 5. n. 30. 31. 32. p. 42.*

Justitia theologice, & juridice definitur: *tract. 8. palestr. 2. lect. 1. p. 171. col. 1.*

Dividitur in commutativam, & distributivam: *tr. 8. palestr. 2. lect. 1. p. 177. col. 1.*

Est omnibus rebus valentior, & robustior: *tr. 1. in rubr. part. 2. num. 20. p. 29.*; & ubi justitia regnat, ibi Respublica floret: *tr. 8. palestr. 2. lect. 1. p. 172.*; cum justitia tamen miscenda est clementia: *tr. 1. in rubr. part. 2. à n. 192. p. 42.*

Regum præcipuum munus est justitiam exercere: *tr. 8. palestr. 2. lect. 1. p. 173. col. 1.*

In exercenda justitia acceptio, vel exceptio personarum respicitur: *tr. 8. palestr. 2. lect. 1. p. 174. col. 1. & 2. & lect. 20. p. 299. & seq. & lect. 25. p. 332. col. 2. in fin.*; verum exercenda æqualiter erga pauperes, divitesvè, potentes, parvulosvè, secundum leges: *dict. lect. 20. p. 305. in med.*; & si in æquilibrio steterit, ad partem favore digniorem declinare debet: *tr. 8. palestr. 2. lect. 1. pag. 174. col. 2.*; crudelitas quippè dicitur justitia clementiâ devestita: *ibid. pag. 176. col. 2. in pr.*

Celeritas non verca justitiæ dicitur: *tr. 8. palestr. 2. lect. 16. p. 282. in med.*

Quale justitiæ symbolum? *tr. 8. palestr. 2. lect. 1. p. 174.*

Vatum figmentum fuit (apud Nostrates saltem) eorum brocardicum dicens, non esse in terra justitiam, sed ad Cælum aufugisse: *tr. 8. palestr. 3. lect. 4. p. 367. col. 2. in pr.*

Reliqua in verb. *Judex. p. 238.*

Justum quod non est, Principi non placet: *tr. 6. l. 1. c. 1. n. 17. p. 4.*

Justus, & bonus præsumitur in dubio *judex: tr. 6. l. 1. c. 1. n. 20. p. 5.*

Juvenes rarissimè fruuntur sapientiâ, virtutibus, prudentiâ, fortitudine, justitiâ, & humilitate; & numquam experienciâ: *tr. 8. palestr. 2. lect. 21. p. 306. col. 1.*

Triplici virtute apprimè decoratur juvenus, animi scilicet moderatione, oris cautelâ, linguæ silentio: *dict. lect. 21. p. 312. col. 2.*

Quia omnibus numeris aliquando decorata reperitur juvenus, ideò in *dict. lect. 21. p. 312. col. 2.* invenitur mirabile responsum lusitani Nonii da Cunha cuidam, qui scõmmate notabat eum per id, quòd Regis vices in India gereret, cum esset juvenis.

L

**L** Abor omnia vincit: *tr.1. rubr. part. 2. n. 112. p. 35.*

Labor quietis est præludium: *tr.8. palestr. 2. lect. 16. p. 281. in princ.*; quamobrem laborandum est in juventute, ne bonis orbata sit senectus: *tr.8. palestr. 3. lect. 13. p. 444. in princ.*

Duplici labori duplex debetur præmium: *tr.9. q. 20. n. 35. p. 91.*; & *ibidem* invenies, quòd quantò plus homo laborat, tantò plus mercedis acquirit; siquidem semper præmium sublevat laborem: *tr.8. palestr. 2. lect. 9. p. 242. in med.*

Laborator quid facere teneatur, ut sui muneris obligationem adimpleat? *tr. 4. l. 7. c. 13. à n. 18. p. 207.*

Lachrymatio. Sicut Heraclitus semper flebat, ita Democritus semper ridebat: *tr.8. palestr. 3. lect. 4. p. 366. col. 1.*

Lactatio. Lactare filium, tum naturæ, tum pietatis officio tenetur mater: *tr. 3. l. 5. c. 2. à n. 1. p. 225.*; si vè mater sit vilis, si vè nobilis, si vè illustis, si vè Regina: *ibid. n. 5.*; quòd intellige, quò ad quoscumque filios, tum naturales, tum naturales & legitimos, tum spurios: *n. 8. p. 225.*; ita ut matribus, quæ proprios non lactant filios, adimi debeat medieta tituli matris: *tr.8. palestr. 1. lect. 12. p. 53. col. 2.*; & *ibid. in fin.* & in *tr. 3. l. 5. c. 2. n. 3. p. 224.* quam multæ enumerantur Reginae, ac illustres mulieres, quæ suos lactarunt filios. Si autem nutrice opus fuerit, quibus requisitis eligendæ sint? *tr.8. palestr. 1. lect. 12. p. 54. col. 1. in princ.*, ubi etiam propalantur præjudicia, quæ ex hac non observata disquisitione sequuntur: eo, quòd sæpè cum lacte mali, bonivè mores ex uberibus hauriuntur: *tr. 3. l. 5. c. 2. n. 2. p. 223. & n. 20. 27. p. 227.*; & inde fluit periculosam esse lactis mutationem: *dict. c. 2. n. 2. p. 223.*

Laqueus. Cadit in foveam, & laqueum, qui illum fecit; quòd in Perilli Tauro, & in Rosimundæ, Godorum Reginae, veneno exemplificatur: *tr.8. palestr. 1. lect. 2. p. 5. col. 2.*

Lascivia. Damna lasciviæ invenies in *tr. 1. rubr. part. 3. n. 49. p. 57.*

Latinitas. Nationes, quæ latinitati non dabant operam, barbaras nuncupabant Romani: *tr.8. palestr. 2. lect. 11. p. 249. col. 1.*

Laudemium. De materia: *tr. 1. l. 3. c. 12. n. 138. p. 394.*

An debeat ex emphyteusi data in dotem? *tr. 1. l. 3. c. 12. n. 137. p. 394.*

Et reliqua vides in verb. *Emphyteusis*, vers. *Quò ad Laudemium.* p. 151.

Laudum arbitratorum, æstimatorum, aut peritorum, sententia non est: *tr. 1. l. 1. c. 12. n. 8. p. 163. & l. 2. c. 1. n. 5. p. 172.*; nec isti iudices nuncupantur: *dict. c. 12. n. 9.*; idcirco eorum lauda non sunt executioni mandanda, quin iudicis decreto prius confirmentur: *ibid. n. 10. p. 163.*

Laudum factum non servatâ formâ compromissi est nullum: *tr. 1. l. 2. c. 1. n. 34. p. 175.*

Laudum, seu arbitramentum confirmare non obstringitur iudex, imò id minùere, augere, aut corrigere potest: *tr. 4. l. 8. c. 8. n. 34. p. 264.*

Pendente reductione an laudum sit executioni mandandum? *tr. 1. l. 2. c. 1. n. 46. p. 176.*

Et videto verb. *Arbitri.* p. 39.

Laus. Ita eâ indiget animus, sicut corpus cibo: *tr. 6. l. 4. c. 12. n. 5. p. 199.*

Laus in ore proprio nunquam esse debet, quia vilescit: *tr.8. palestr. 2. lect. 8. p. 228. in princ. & palestr. 3. lect. 10. p. 406. in med.*

Meliùs est dignum esse laude, quàm laudatum esse: *tr. 8. palestr. 3. lect. 8. p. 399. col. 1.*

Virtus laudata crescit, quia laus animum maioris laudis assequendi auget: *dict. lect. 8. p. 392.*

Lectio. Legere debent Notarii instrumen-

- mentum coram partibus, ac testibus, voce intelligibili: *tr. 1. l. 5. c. 5. n. 30. p. 194.*: in dubio tamen lectum præsumitur, & contrarium asserenti onus probandi incumbit: *ibi n. 31.*
- Librorum, & potissimè Historiarum, magnoperè commendatur lectio: *tr. 8. palestr. 1. lect. 3. p. 8.*; librorum quippe lectio experientiæ defectus supplet: *dict. lect. 3. p. 9. col. 2. in princ.* Fortius adhuc Sacræ Paginæ commendatur lectio, in ea namque scientiæ, artes, ac virtutes reperiuntur omnes: *ibid. p. 11. col. 1. in princ.*, & per tot. lect. optima fit librorum selectio, quos potius legere congruit; & *ibid. p. 14. col. 2.* enucleatur, quòd lectio librorum adhuc ægrotis valetudinem affert; sicut etiam *ibid. p. 3. col. 2. in fin.* quòd libri damnosi, bonosvè adversus mores, relegandi sunt à Republicis, & eorum authores concremandi; & in *palestr. 2. lect. 9. p. 238. in fin.*, quòd unum tantum, quam multos evolvere potius convenit.
- Quo modo, & fine legendi sint libri? *tr. 8. palestr. 1. lect. 3. p. 14. col. 2.*
- Alia amplius in verb. *Libri* invenies.
- Lectulus* quotidianus ad conjugem superspitem semper pertinet: *tr. 1. l. 1. c. 10 n. 109. p. 145.*; & quòd ad lectulum præfertur uxor creditoribus, dummodò ipsius esset: *n. 113. p. 145.*
- Læsa Majestas*. Videlis *Majestas*.
- Læsi*, ut proficiat, probanda venit de tempore contractus: *tr. 3. l. 7. c. 3. n. 153. 154. p. 163. & c. 4. n. 53. p. 169.*; nisi contractus tractum habeat successivum: *dict. c. 3. n. 157. p. 163.*
- Modica læsi quæ, & an sit licita? *tr. 9. q. 68. n. 4. p. 390.*
- Enormis læsi, seu ultrà dimidium, quæ sit? *tr. 3. l. 7. c. 4. n. 54. p. 169. & tr. 9. q. 68. n. 5. p. 390. & q. 59. n. 55. p. 347.*
- Enormissima læsi quænam sit? *tr. 3. l. 7. c. 4. n. 58. p. 169. & tr. 9. q. 68. n. 6. & seqq. p. 390. q. 59. n. 34. 35. 40. 53. & seqq. 59. & seqq. à p. 343.*, ubi quomodò quantitas considerari debeat; & in *dict. q. 68. à n. 12. p. 391.* quid si uno pretio res plures emantur?
- Læsi modica sufficit, ut minor restituatur: *tr. 3. l. 7. c. 3. n. 159. p. 163.*, quòd intellige in sexta parte: *tr. 2. l. 8. c. 5. n. 17. 18. p. 810. & tr. 3. l. 7. c. 10. n. 181. p. 231.*
- Similiter arbitramentum rescinditur data læsi in sexta parte: *tr. 2. l. 8. c. 15. n. 17. 18. p. 810. tr. 4. l. 8. c. 5. n. 31. p. 246. & c. 8. n. 31. p. 264.*
- Læsi, quando intèrvenit in renuntiatione bonorum, & est enormissima, favet minoribus, vel mulieribus, qui ob id restituuntur: *tr. 2. l. 1. c. 10. n. 109. p. 92.*
- Læsi aliquando ex confessione resultat: *tr. 9. q. 80. n. 22. p. 435.*
- Læsi præsumptionem tollit præsentia probarum personarum: *tr. 9. q. 8. n. 60. p. 32.*
- Enormitèr læsus quandò dicatur donans? *tr. 9. q. 7. ex n. 1. & num. 10. ex p. 18.*
- Quid quandò dolus, metus, & seductio intèrvenit? *tr. 9. q. 7. n. 7. & seqq. p. 18.*
- Læsi intèrveniente in emptione sub hasta, subhastatio rescinditur: *tr. 9. q. 95. n. 8. p. 503.*
- Cùm in dote nec minima læsi ferenda sit: *tr. 9. q. 14. n. 9. p. 58.*; disquirendum profluit, an in dote minor læsi sufficiat? Resolutum invenies in *dict. tr. 9. q. 38. num. 21. 25. & seqq. à p. 215.*
- Numnè læsi superveniens pretium census antea justum, injustum reddat, & rescisioni locus sit? *tr. 9. q. 42. n. 3. 4. 28. & seqq. à p. 243.* Et an, data læsi circa censum, reducendus ad æquitatem, vel omninò rescindendus sit? *dict. q. 42. n. 16. 17. 57. 65. 71. 72. à p. 245.*
- An locatori, conductori, emphyteutavè læsi superveniens sufficiat? *dict. q. 42. n. 64. p. 225.* Et an minor restituatur ex læsi superveniente? *ibid. n. 58. p. 254.*



Quæ læsiō sufficiat quandò pactum de retrò vendendo adest? *dict. q. 42. n. 15.53. p. 245. 253.*

Quibus testibus probetur læsiō? *tr. 9. q. 98. n. 11. p. 513.*

Contractus, in quibus pupilli, & minores læduntur, etsi tutore, aut curatore authoribus fiant, non valent, quia restituuntur, *extor. tit. Cod. f. tutor, vel curator: tr. 3. l. 7. c. 2. n. 63. p. 146. & c. 3. à n. 47. p. 159.*

Læsiō, quando consistit in tempore, dicitur probata eo ipso, quòd cursus temporis probatur: *tr. 3. l. 7. c. 16. n. 11. p. 271.*

Remedium læsiōnis viget, quantumvis venditor verum rei pretium tempore venditionis sciret: *tr. 1. l. 3. c. 11. n. 102. p. 372.*

Scientia cessare facit læsiōnis remedium: *tr. 2. l. 8. c. 18. n. 30. p. 853.*; sciens quippè non decipitur, nec læditur: *ibid. n. 32. p. 853.*

Ut læsus restituatur minima sufficit læsiō, si sit dolosa: *tr. 2. l. 8. c. 5. n. 51. 52. p. 813.*

Remedio læsiōnis non occurritur ei, qui contractum fecit, in quo damnum, & lucrum contingens erat: *tr. 2. l. 8. c. 5. n. 14. 15. 16. p. 809.*

Læsiōnis remedium occurritur cohæredibus ad resarciendum damnum: *tr. 2. l. 8. c. 5. n. 1. p. 808.*; quamvis cohæres chartam divisionis extrahat à processu, adhuc enim infra annum con-

queri valet: *n. 3. p. 809.*; licet divisio hujam à judice sit approbata: *n. 4. 5. 6.*; & licet divisio per sortes facta foret: *n. 8. & seqq.*, ubi videtur limitari, & sufficit (apud nos) læsiō in sexta parte: *n. 17. 18. p. 810.*; & à fortiori si fuerit ultra dimidium: *n. 19.*; & multò fortius adhuc si fuerit enormissima: *n. 20. p. 810.*

Si læsiō enormissima non probatur, an de enormi cognosci valeat; & è contra? *tr. 9. q. 59. num. 45. 52. 61. à p. 345.*

Læsiō enormissima nunquàm præsumitur renuntiata: *tr. 1. l. 2. c. 1. n. 11. p. 173.*; licet clausula renuntiationis enormissimæ læsiōnis apponatur de stylo Notariorum; *ibid. n. 17. p. 174.*; quia nihil operantur clausulæ, quæ de stylo Notariorum sine consensu partium apponuntur: *ibi n. 18.*; & strictè interpretantur: *ibi n. 19. p. 174.*

Læsiōne enormissima probata, eo ipso dicitur probatus dolus, & fraus: *tr. 1. l. 2. c. 1. n. 16. p. 174. & tr. 2. l. 8. c. 5. n. 43. p. 812. & tr. 4. l. 3. c. 6. n. 48. p. 188. & tr. 9. q. 7. n. 11. p. 21.*

In transactione quomodò alleganda, & probanda sit læsiō enormissima? *tr. 4. l. 8. c. 5. n. 33. p. 247.*

Enormissima interveniente læsiōne solvi debent melioramenta: *tr. 9. q. 68. n. 21. p. 393.* Et quandò in eâ fructus restituendi veniant? Videtis in verb. *Fructus p. 193.*

*Legatarius* ad debita defuncti non adstringitur: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 66. p. 226. & l. 4. c. 8. n. 15. p. 537.*

Legatario spectant fructus rei legatæ à die mortis testatoris: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 125. p. 232.*

Propria autoritate legatum occupare nequit legatarius, præterquam si eï testator permisisset; aliàs legatum perdit: *tr. 1. l. 2. c. 10. n. 22. p. 238. & tr. 2. l. 5. c. 3. n. 141. 142. p. 454.*; vel præterquam si legatum sit pium: *tr. 2. l. 5. c. 9. n. 67. p. 508.*

Unus ex duobus legatariis re conjunctis totum legatum petere quit: *tr. 1. l. 2. c. 12. n. 106. p. 270.*

Legatarius, cui relictus fuit fundus cum obligatione præstandi annuam pensionem, usque ad concurrentem quantitatem fructuum adstringitur: *tr. 1. l. 4. c. 11. n. 40. p. 612.*

In legatarium, neque activæ, neque passivæ actiones transeunt: *tr. 1. l. 4. c. 2. n. 28. p. 427.*; idè non transeunt in usufructuarium, licet universalem, quia pro legatario reputatur: *ibid. n. 27. p. 427.*

Rem legatam liberare cogitur legatarius

- rius ab omni onere, & hypotheca: *tr. 1. l. 4. c. 2. n. 61. 70 p. 431. 433.*
- Electio est legatarii in legato generali servi, fundi, equi, & similibus: *tr. 2. l. 5. c. 3. n. 121. & à n. 125. ad 128 p. 453;* dummodò nec optimum, nec pessimum eligat: *ibid. n. 122. p. 453.*
- Dissidium egreditur ex legato unius rei uni, alterius alteri (& ambæ ejusdem generis) quis eorum eligat? Primò nominatus: *tr. 2. l. 5. c. 3. n. 123. p. 453.*
- Reliqua statim damus in verb. *Legatum.*
- Legatum* quandò amittant se excusantes à tutela, vel cura? *tr. 3. l. 3. c. 15. tot. p. 143.*
- Rem communem legans, suam tantum partem legare censetur: *tr. 9. q. 51. n. 14 p. 287.*; sicut & legans rem, in qua jus aliquod habet, illud solum legare censetur: *tr. 1. l. 4. c. 8. n. 164. p. 558.*
- In legatis annuis tot sunt legata, quot anni: *tr. 9. q. 36. n. 14. p. 204.*
- Rei legatæ dominium quandò directè ad legatarium transeat? *dict. q. 36. n. 6. p. 203.*
- Unusnè ex pluribus legatariis, legatum in solidum petere poterit? *dict. q. 36. n. 17. & seqq. & n. 26. 27. 28. 29. p. 204.*; & quid post legatum agnitum? *ibid. n. 28. p. 207.*
- Pura est actio ad petenda legata ex testamento, per eamquè annua legata in futurum peti queunt: *dict. q. 36. n. 18. p. 204.*
- An lite pendente in legatis evictis iudex condemnare valeat? *ibid. n. 17. p. 204.*
- Legatarii conjuncti quibus ex verbis dicantur: *dict. q. 36. n. 25. p. 206.*
- Usuræ nunquid debeantur legatario quantitatis ratione moræ? *tr. 9. q. 36. tot. à p. 201.*
- Communicatio an censeatur renuntiata per legatum à marito relictum? *tr. 9. q. 51. tot. à p. 285.*
- In mobilium legato an comprehendantur acquisita post testamentum? *tr. 2. l. 5. c. 3. à n. 55. p. 56. & tr. 9. q. 59. n. 22. p. 341.*; & quid in legato de omnibus bonis uxori relicto: *ibid. dict. q. 59. n. 23.*; & quid in legato pecuniæ post creditores solutos, an debita post testamentum contracta comprehendat? *ibi n. 24. p. 341.*
- In divisione, seu partitionibus, quandò deduci debeant legata, attento conditi testamenti tempore? *tr. 9. q. 59. n. 22. p. 341.*
- Legatum factum, si rationes reddiderit, quid importet? *tr. 4. l. 8. c. 17. n. 27. 28. et p. 334.*
- Legatum rei alienæ regulariter valet, & resolvitur in legatum æstimationis ipsius rei: *tr. 2. l. 5. c. 3. à n. 17. p. 444;* secus in institutione rei alienæ: *dict. l. 5. c. 6. de n. 143. ad 145. p. 483.*; an pater possit filio spurio aliquid ultra alimenta legare, donareve? Negativè in *tr. 2. l. 1. c. 6. n. 153. p. 65.*; quod si leget, an valeat excessum repetere? *ibid. n. 155.*; & nota, quòd legata spurio à patre relicta, spurio decedente, ad ejus hæredes non transeunt, sed revertuntur ad patrem, ejusvè hæredes: *n. 156. p. 65.*
- Annè legatum possit pro parte repudiari, & pro parte acceptari? *tr. 2. l. 1. c. 12. n. 61. 62. p. 109.*, & vide sis verb. *Repudiatio.*
- Omnes res, quæ legantur, ad tria corpora reducuntur: quorum primum est simplex, & unico consistens spiritus, ut *homo*; secundum est, quod fit ex pluribus rebus inter se coherentibus, ut *domus*; tertium est, quod ex pluribus rebus inter se non coherentibus unum corpus efficitur, ut *grex*: *tr. 1. l. 3. c. 8. n. 37. 38. p. 320.* Legatum primæ speciei, perempta specie, extinguitur, & quod superest, non debetur: *ibi n. 40. 41. 42.* Legatum secundæ speciei, extincto corpore, non debentur quæ remanent: *ibi n. 43. 44.* Legatum tertie speciei, perempto corpore, præstandæ sunt partes, quæ remanent: *ibid. de n. 45. ad 49. p. 320.*

An debeantur legata, saltem pia, quando hæreditas non aditur? Duplicem videfis sententiam in *tr. 1. l. 2. c. 8. n. 54. 55. p. 216.*

Et an legata relicta in testamento per metum, & vim facto valeant? *tr. 2. l. 2. c. 2. n. 60. p. 137.*

Legata, & fideicommissa per omnia hodie exæquata sunt: *tr. 2. l. 4. c. 11. n. 53. p. 408. & l. 5. c. 3. n. 4. 5. p. 444.*

Legata præsumuntur soluta ex fructibus hæreditatis: *tr. 1. l. 2. c. 10. n. 26. p. 236.*; & fructus percepti post hæreditatis aditionem ex rebus legatis ad legatarios spectant: *ibi n. 27. p. 236.*

Relictum non censetur legatum animo compensandi, nisi ita expressè dictum fuerit: *tr. 1. l. 2. c. 10. n. 38. p. 237.*

Pro rata extenuantur legata quando æs alienum totam absorbet hæreditatem: *tr. 1. l. 2. c. 12. n. 27. p. 261.* (quæ in hac impressione est secunda hujus numeri)

prietatem remunerationis sibi à marito factæ: *tr. 1. l. 4. c. 13. n. 37. p. 659.*; quam dotem marito dare queat? *ibi n. 41. p. 659.*; non privatur bonis, quæ filius aliunde habuit: *n. 62. p. 661.*; secundò nubens de licentiâ viri evitat pœnas secundò nubentium: *num. 63. p. 662.*; similiter quando in testamento data est tutrix cum alio: *n. 64.*; vel legitimus tutor adesset: *num. 65. p. 662.*

Mulier post mortem viri luxuriosè vivens secundò nubentium pœnas incurrit: *tr. 1. l. 4. c. 13. n. 53. p. 660.*

Optans aptè nubere, pari nubat: *tr. 6. l. 4. c. 15. n. 21. p. 251.*

#### Quò ad celebrationem, & communicationem.

Matrimonium consensus, non concubitus facit: *tr. 2. l. 7. c. 6. n. 19. p. 722.*

Contrahitur in nostro Regno, vel in forma legis, vel constituta dote, & arrhis: *tr. 2. l. 7. c. 8. à n. 1. p. 734.*; & cum non constat qualiter contractum fuisset, intelligitur contractum in forma legis, seu juxtà Regni consuetudinem: *tr. 2. l. 7. c. 15. n. 3. p. 774. tr. 9. q. 54. n. 42. p. 306. & q. 82. n. 1. p. 440.*; sic verò non est quando celebratum in forma juris communis ostenditur per publicam scripturam: *dict. q. 82. n. 1. & 6. p. 440. & seq.*

Si primo modo contrahatur, omnia inter conjuges communicantur bona: *tr. 2. l. 6. c. 1. à n. 3. p. 587. & l. 7. c. 15. n. 4. 5. 6. 19. à p. 775.*; & communicantur etiam corpora: *dict. c. 1. n. 6. p. 587.* Cætera in verb. *Communicatio p. 79.*

Si secundo modo contrahatur, juxtà pacta nuptialia communicantur acquæstus: *tr. 2. l. 7. c. 8. n. 12. p. 735. & l. 7. c. 16. n. 1. p. 778. & l. 6. c. 1. n. 16. p. 588.*; eo, quòd liberum unicuique sit quibuscumque pactis, legibus, conditionibusvè placuerit, matrimonium contrahere: *tr. 2. l. 6. c. 4. n. 16. p. 621. l. 7. c. 5. à n. 1. p. 715.*; nisi sint pacta, quæ

- quæ enumerantur in *dict. c. 5. ex n. 50. p. 719.*; & , si nulla dentur pacta , nil communicatur : *tr. 2. l. 7. c. 8. à n. 51. p. 738.* , ubi intelligitur.
- An celebrato , & consummato matrimonio in formâ legis , seu , ut communiter dicitur , per chartam medietatis ; sit in potestate conjugum ad contractum dotis , & arrharum redire ? Negantium dogma amplectimur : *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 147. 148. p. 599.*
- Inæqualitas inter contrahentes non impedit matrimonium : *tr. 2. l. 1. c. 4. n. 60. p. 33.*
- Num consistere valeat inter liberum , & servum ? Neutiquam de jure civili ; utique de jure canonico : *tr. 2. l. 1. c. 3. n. 44. 45. p. 20.*
- Si matrimonium occultè contrahitur , cum scientia impedimenti contractum præsumitur : *tr. 2. l. 1. c. 2. n. 12. p. 9.*
- Ut matrimonium invalidum mediante dispensatione validum eveniat , iteratum postulat contrahentium consensum : *tr. 2. l. 1. c. 4. n. 93. p. 36.*
- An validum sit pactum in capitibus matrimonialibus appositum , per quod vir obstringitur ad in certo loco habitandum ? Affirmat communis opinio , de quâ in *tr. 2. l. 6. c. 8. n. 73. p. 648.*
- An curator cum adultâ matrimonium valeat celebrare ? Neutiquam de jure civili , & Regio ; utique de jure canonico : *tr. 3. l. 4. c. 10. n. 72. p. 213.* Et an tutor , vel curator , eorumvè filii possint pupillis nubere ? *tr. 3. l. 5. c. 17. à n. 5. p. 417.*
- Matrimonii contractio postulat 12. annos in fœmina , 14. in masculo , & non antea , nisi malitia ætatem suppleat : *tr. 3. l. 5. c. 8. n. 62. p. 307.* ; ad quod sufficit , quòd sit inceptus ultimus præfatorum annorum dies : *ibid. n. 63.* Idem est intestamenti : *ibi n. 64. p. 307.*
- Expedit ut citius fœminæ , quàm masculi matrimonio collocentur ; & quare ? *tr. 3. l. 5. c. 17. n. 1. 2. p. 416. & tr. 8. palæstr. 1. lect. 15. p. 76. col. 1. & 2.* ; sed qualis ætas ad nubendum aptior sit ? Invenies in *tr. 8. palæstr. 1. lect. 10. p. 41. col. 1.*
- Matrimonium contrahens minor 25. annorum absque licentiâ judicis , adhuc ad orphanorum judicem declinare valet : *tr. 5. c. 1. n. 15. p. 4.*
- Quid si orphanus , orphanavè minor 25. annis nubat sine judicis auctoritate ? *tr. 3. l. 5. c. 17. n. 41. p. 420.*
- Libertas matrimonii numnè in totum , nec ne , impediri valeat ? *dict. c. 17. n. 3. 4. p. 416.* Siquidem matrimonium liberum est liberis : *tr. 6. l. 4. c. 15. n. 1. p. 247.* ; ita tamen , ut suâ liberâ potestate non abutantur : *ibid. num. 29. p. 253.* ; parentes enim jus habent ad laudabiles dirigendas , & ignominiosas filiorum nuptias vetandas : *ibid. n. 7. 8. & per tot. cap. p. 248.* ; intelligendo autem ante sponsalia validè inita ; quod si fuerit postea , consule dictum *cap. 15. à n. 35. p. 254.* : ita taliter , quòd lethaliter peccent filii , filiarvè , si invitis parentibus contrahant : *ibi n. 9. p. 249.* ; filiar namque sine eorum consensu ante viginti quinque annos expletos nubentes , vel in corpus suum peccantes exhæredantur : *ibi à n. 10.* : parentes verò tantum admonitionibus , precibus , consiliis , minisvè paternis , non autem tormentis , carcerationibus , mortis metu , aut similibus possunt coercere filios , ut contrahant , vel non , matrimonium : *ibi n. 33. p. 253.*
- In matrimonio contrahendo maturius consilium requiritur , quàm in cæteris omnibus rebus peragendis : *tr. 6. l. 4. c. 15. n. 20. p. 251.*
- Prælati potest per censuras coercere impediens nuptias : *tr. 6. l. 4. c. 15. n. 2. p. 247.* : ast non potest procedere contra parentes cum ignominiosas filiorum nuptias impediunt ante sponsalia validè inita : *ibi n. 3. 7. p. 247.* ; nec quando pater justâ de causâ , & non malitiosè impedit : *ibi n. 23. 24. p. 251.* ; aliàs dabitur bellum justum inter parentes , & Prælatum : *ibi n. 4. 5. p. 248.*

Prælati non debet esse facilis in omit-  
tendo legitimis denuntiacionibus: *tr.*  
*6. l. 4. c. 15. n. 27. p. 252.*

Ecclesia, dum matrimonia clandestina,  
vel prohibita impedit, matrimonii  
non violat libertatem, sed ad melius  
dirigit: *dict. c. 15. n. 13. 17. p. 250. &*  
*251.*

*Quò ad consummationem.*

Quando censeatur matrimonium con-  
summatum, nec ne? Modeste reti-  
ceo, tequè remitto, & veluti manu  
duco ad *tr. 2. l. 1. c. 11. n. 92. p. 101.* Tan-  
tum tibi enuntio, quòd pro consum-  
mato habetur, quando per alterutrum  
fletit, quominus consummaretur:  
*ibid. n. 94. p. 102.*; & quòd per copu-  
lam violentam itidem consummatur:  
*tr. 2. l. 6. c. 1. n. 100. in fin. p. 595.*

*Quò ad separationem, & dissolutionem.*

Matrimonium ratum dissolvitur per  
professionem in Religione: *tr. 2. l. 1.*  
*c. 6. n. 98. p. 59.*

Matrimonii consummati quando sit li-  
cita separatio? *tr. 2. l. 4. c. 13 à n. 46. ad*  
*48. p. 420.* Discas ulterius, duplicem  
esse separationem, sive, pressius lo-  
quendo, aliam esse separationem,  
aliam dissolutionem: & hoc cogno-  
to, separatur matrimonium quòd ad  
thorum, & quòd ad communicatio-  
nem bonorum, propter hæresis, &  
apostasiæ crimen ab alterutro conju-  
gum commissum: *tr. 2. l. 6. c. 7. n. 50. 52.*  
*p. 645.*; & non tantum iudicio Eccle-  
siæ, verum adhuc autoritate pro-  
pria ex parte conjugis innocentis;  
solvitur etiam hoc modo per ingres-  
sum Religionis, etiamsi alter conjux  
maneat in sæculo, copulâ non sequu-  
tâ: *tr. 2. l. 7. c. 6. n. 17. p. 722.*; copulâ  
verò sequutâ nec ita dissolvitur: *ibi*  
*n. 18.* Quòd ad vinculum verò nullo in  
casu dissolvitur, nisi anima à corpo-  
re separetur: *tr. 2. l. 6. c. 8. n. 3. 17. p. 646.*

647.; morte autem accedente, quò  
ad vinculum, quò ad thorum, atquè  
quò ad bonorum communicationem  
solvitur: *tr. 2. l. 6. c. 9. à n. 6. 8. & seqq. à*  
*p. 657.*; ita taliter, quòd licet resur-  
gat præmortuus conjux, non recu-  
peret conjugem superstitem: *ibi n.*  
*24. p. 658.* Non dissolvitur etiam  
quamvis omnia unius conjugis bona  
ad instantiam creditorum vendan-  
tur: *tr. 2. l. 6. c. 8. n. 5. 9. 11. p. 646.*; nec  
per decoctionem: *n. 7.*; nec per ta-  
citam, vel expressam conjugum vo-  
luntatem: *n. 13. 14. 16.*; nec per ex-  
communicationem maiorem: *n. 24.*  
*p. 648.*

Reliqua jam dedimus in verb. *Divor-*  
*tium p. 129.*

*Medicina.* In hac facultate partem per-  
filaticam, quâ quis ab ægitudine  
præservatur, scire debent omnes:  
*tr. 8. palæstr. 2. lect. 9. p. 239. col. 1.*

*Medicus* æquè delinquit omittendo me-  
dicinas utiles, atque offertando ma-  
las: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 143. p. 524.*

*Medicus* cum ægroto haud ritè contrã-  
hit: *tr. 2. l. 5. c. 6. n. 164. p. 484.*; ritè  
tamen ab eo instituitur hæres, vel  
ab eo legatum relinquatur: *ibi num.*  
*165.*

*Medici*, aut Chyrurgi nequeunt esse  
Cristiani novi: *tr. 6. l. 4. c. 14. n. 7. p.*  
*239.*

*Melioramenta* facta in emphyteusi inter  
hæredes dividuntur, prout cætera  
bonalibera: *tr. 2. l. 2. c. 8. n. 117. p. 193.*  
sunt enim melioramenta propria il-  
lius, qui illa fecit, & post ejus mor-  
tem ad suos pertinent hæredes, & in-  
ter eos dividenda sunt: *tr. 2. l. 3. c. 8.*  
*à n. 2. p. 312.*; non solum facta in re-  
bus propriis, sed & in alienis: *ibi à n.*  
*3. usque 11. p. 313.*; & in bonis Regiæ  
Coronæ: *n. 12.*; in bonis emphyteu-  
ticis: *n. 13.*, quod intelliges *usque ad n.*  
*28.*; in bonis maioratûs: *à n. 29. ad*  
*39. à p. 315.*; in rebus dotalibus: *n. 40.*  
*p. 316.*; in rebus, de quibus habetur  
ususfructus: *n. 41.*; in rebus oneri mis-  
farum

sarum subiectis: *n. 54. p. 317.*; & idem dicendum de meliorationibus factis ab Episcopo, Prælato, Clerico, beneficiato, depositario, hærede gravato, emptore, aut conductore: *à n. 42. ad 47. p. 316.*; ab habente rem communem, à tutore, administratore, procuratore, negotiorum gestore, socio, aut creditore: *à n. 48. ad 53. p. 317.* Limita quando meliorationes divisæ jam fuisse: *tr. 2. l. 3. c. 8. à n. 55. ad 57. p. 317.*; vel sint naturales: *n. 60.*, vel industriales: *n. 61. p. 318.*, vel voluptuariæ: *n. 64.*, vel quæ fiunt gratiâ colligendorum fructuum: *n. 85. p. 320.*

Hinc insurgit quærere: quæ utiles, quæ necessariae, quæ vè voluptuariæ sint meliorationes? *tr. 2. l. 3. c. 8. à n. 64. ad 71. p. 318. à n. 72. ad 77. à p. 318. à n. 76. ad 78. p. 319.*

Abrådere melioramenta quandò possit meliorans? *tr. 2. l. 3. c. 8. à num. 79. p. 319.*

Quomodò probentur meliorationes? *tr. 2. l. 3. c. 8. à n. 87. ad 94. p. 320.*

Per peritos probantur? *tr. 4. l. 5. c. 3. n. 96. 97. p. 327.*

Compensantur meliorationes cum fructibus: *tr. 2. l. 3. c. 8. à n. 95. p. 320.* Nec non cum deteriorationibus, ut caducitas evitetur: *tr. 9. q. 91. num. 4. p. 473.*

Solvi debent melioramenta, etsi læsio enormissima detur? *tr. 9. q. 68. tot. à p. 389.*

Cujusnam temporis valor attendendus veniat in solutione melioramentorum? *tr. 2. l. 3. c. 8. à n. 57. p. 317.*

Retentio competit pro melioramentis: *tr. 2. l. 3. c. 8. n. 25. p. 314.*, & dicemus in verb. *Retentio p. ...*; sed meliorationum valore deposito secundum juramentum meliorantis, cogitur iste rem tradere: *dict. c. 8. à n. 100. ad 107. à p. 321.* Hinc ingens suboritur illa quæstio, an retinens adstringatur computare in pretium meliorationum fructus, quos interim ex re me-

liorata percepit? Solves ut in *dict. c. 8. n. 108. p. 322.*

Meliorans rem alienam mala fide, perdit meliorationes, répetit expensas: *tr. 2. l. 3. c. 8. n. 5. p. 313.*, modò rem meliorem fecerit: *ibi n. 6.*; & modò non melioret post inhibitionem: *n. 7. & 39. p. 313. & 316.*; vel res meliorata non pereat: *à n. 8. ad 11. p. 313.* Hoc autem dicimus de voluptuariis, quippè meliorationes necessariae etiam possessori malæ fidei persolvuntur: *dict. c. 8. n. 83. 84. p. 319.*

Melioramenta facta à conductore in re conducta, eis præstant, ut quin priùs solvantur, expelli nequeant: *tr. 3. l. 7. c. 10. n. 173. p. 230.*

Meliorare, tum sæcularem, tum ecclesiasticam emphyteusiam tenetur emphyteuta, ita taliter, quòd, si contra faciat, caducitatem incurrat: *tr. 9. q. 91. n. 1. p. 473.*; maxime quæ si meliorationes stipulatæ fuerunt: *ibid. n. 2. & 8. p. 473. & seq.*

Memoria definitur: *tr. 8. palæstr. 1. lect. 5. p. 16. col. 1.*

Qui feliciori memoriâ, rudiori intellectu potiuntur: *tr. 8. palæstr. 2. lect. 10. p. 245. col. 2. in pr.*

Memoria hominis labilis, & fragilis: *tr. 1. l. 1. c. 9. n. 52. p. 117.*; & omnium memoriam habere potius divinitatis, quàm humanitatis est: *ibid. n. 53. & tr. 8. palæstr. 1. lect. 5. p. 17. col. 2.*; inconstans quippè, ac infirma est: *dict. c. 9. n. 54. p. 117.*; verùm tantò amplius conservatur, quantò magis exercetur: *dict. lect. 5. p. 17. col. 1.*

Numerantur qui magna, ac felici memoriâ fructi fuisse: *tr. 8. palæstr. 1. lect. 5. p. 17. col. 1. & 2.*; mirabilis siquidem fuit Cyri, Persiæ Regis, memoria: *ibid. col. 1.*; mira etiam memoria Regis nostri D. Joannis III.: *ibi col. 2.*; excelens Mythridatis: *ibi col. 1.*; felix Senecæ: *ibid.*

Mendacium. Quænam sint mendacii pœnæ? *tr. 1. l. 4. c. 1. n. 35. p. 404. & tr. 8. palæstr. 2. lect. 13. p. 263. col. 1.*, ubi etiam

- etiam invenies quâ pœnâ ab Artaxerxe, Persiæ Rege, punitus fuit mentientem?
- Mendax** ullo haud gaudet privilegio; idcirco minor se se per mendacium maiorem fingens, beneficium restitutionis amittit: *tr. 3. l. 7. c. 18. n. 31. p. 283.*; dum asserens bona non esse dotalia, privilegium dotis amittit: *ibi n. 32.*; hæredi talem esse neganti, & postea de mendacio convicto, cessionis beneficium non datur: *n. 34.*; nobili se ignobilem dicenti, nobilitatis privilegium non prodest: *n. 35.*; nec possidenti se possessorem neganti, commodum possessionis conceditur: *ibi n. 36. p. 283.*
- Mendacium** diù stare non potest: *tr. 6. l. 4. c. 13. n. 127. p. 234.*
- Mens** contrahentium inspicienda est, & ab eâ contractus denominandus: *tr. 1. l. 2. c. 1. n. 38. p. 174.*
- De eâ videtis verb. *Contractus*, ac *Verba* p. 97. &...
- Mensis**. Inspicies verb. *Dies* p. 123.
- Mensor**. De materiâ mensurum in *tr. 1. l. 1. c. 11. n. 79. p. 160.*
- Mensura** quâcum solvi debeat triticum, vel aliud frumentum, oleum, vinum, & similia? *tr. 3. l. 7. c. 9. n. 66. p. 198.*
- Debitor** frumenti ad mensuram non tenetur reddere juxtâ mensuram traditionis, sed loci contractûs: *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 100. p. 137.*
- Frumentum**, vinum, atque similia ad mensuram recepta, & in fine officii non deprehensa, ab administratore subtracta præsumuntur: *tr. 4. l. 5. c. 7. n. 30. p. 368.*
- Mercator**: **Mercatura** Mercatores qui sint? *tr. 4. l. 8. c. 1. n. 65. p. 221. tr. 5. c. 5. n. 28. p. 26.*
- Mercatorum** causæ de plano, & æquo sine solemnitatibus tractandæ sunt: *tr. 4. l. 8. c. 1. n. 66. p. 221.*; iudicioquæ eorum remitti debent: *ibi n. 67.*; & eorum attestacionibus, etiam extrajudicialibus, standum: *n. 68.*; semper eis favendum: *n. 69.*; eorum privatis scripturis tanquàm publicis creditur in tangentibus mercaturam: *n. 70.*; eorumquæ puncti, lineæ, & cifra pro instrumentis habentur: *n. 71.*; potius veritate, quàm rigore inspecto in eorum causis proceditur: *n. 72.*; nec diversimodè inter ipsos, quàm inter privatos proceditur: *n. 73.*; de consuetudine etiam eorum chyrographa probant in non tangentibus mercaturam: *n. 74. p. 221.*
- Tutor** non obstringitur negotiari, mercaturamquæ exercere pro pupillo, si tamen negotiatus fuerit pupillo acquirit: *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 78. p. 134.*
- Mercatura**, & commercium quintum est reipublicæ elementum: *tr. 4. l. 6. c. 3. n. 12. p. 41. & l. 8. c. 1. n. 69. p. 221.*; & sive maritima, sive terrestris, utilissima est reipublicæ, & favenda: *ibi n. 13. p. 41.*
- Mercator** quamvis minor, aut orphanus, orphani, aut minoris privilegio nequaquam fruitur in causis à mercatura provenientius: *tr. 5. c. 2. n. 53. p. 14.*; quod quidem procedit, tam pro in integrum restitutione, quàm pro nullitate: *ibi n. 54. p. 14.*
- Mercaturam**, & negotiationem exercere iudicibus prohibetur: *tr. 6. l. 4. c. 16. n. 31. 33. & seqq. p. 261.*; nisi sit iudex perpetuus, vel suorum maiorum res emat, vel ad victum, & vestitum necessaria: *ibi à n. 37. ad 42. p. 261.*
- Meretrix** quæ sit? *tr. 5. c. 5. n. 25. p. 26.* orphanorum utitur privilegiis: *n. 24. p. 26.*
- Meretrix** non est, quæ, amoris æstro percita, amasio copiam sui fecit: *tr. 2. l. 4. c. 4. n. 51. p. 351.*
- Meritum**. De superiorum meritis, nec ambigere nobis licet: *tr. 1. l. 4. c. 14. n. 146. p. 687.*
- Meritum** producens effectus perpetuos, perpetua exigit præmia: *tr. 9. q. 20. n. 7. & 17. p. 87. & 88.*
- Ex meritis** paternis præmiandi veniunt filii: *tr. 9. q. 20. num. 8. 39. 47. 48. à p. 88.*



Benemeritus de Republica quis dicatur? *tr. 9. q. 20. n. 25. p. 89.*

Metus reverentialis quis? *tr. 2. l. 5. c. 7. à n. 48. ad 55. p. 487.*

Metus, ac reverentia æquiparantur: *tr. 9. q. 8. n. 3. p. 23.*

Consensui adveriatur metus: *tr. 9. q. 9. n. 54. p. 41.*

Nimia persuasio, coactio, ac compulsio dicitur: *tr. 9. q. 8. n. 63. p. 33.*

Metu facta non obligant: *tr. 9. q. 8. n. 4. p. 23.*; nec ob nimiam reverentiam gesta: *ibi n. 5. p. 23.*

Contractus metu factus, an validus, anve nullus ipso jure sit? *tr. 9. q. 9. n. 1. & seqq. p. 36.*; factus autem metu reverentiali per officium judicis rescinditur: *tr. 9. q. 8. n. 25. 12. 23. à p. 23.*

In muliere minor sufficit metus propter imbecilitatem sexus: *tr. 2. l. 5. c. 7. n. 27. p. 486.*

Mulier mariti reverentiã vendens, vel renuntians, ad revocationem admittitur: *tr. 9. q. 8. n. 6. p. 23.*; ita similiter Clericus per Episcopi reverentiam: *ibi n. 7. & n. 8. & seqq. & n. 16. à p. 23.* varia reverentiæ exempla indigitantur; quid verò in contractu, juramento firmato? *n. 9. p. 24.*; an cum metu reverentiali concurrere simul debeat læsio, minæve? *n. 13. p. 25.*

Donatio à filia patri facta, metu facta præsumitur: *tr. 9. q. 8. n. 11. p. 24.*; in filia namque semper erga patrem metus præsumitur: *ibi n. 14. p. 25.*; & in filia minor metus requiritur, quàm in uxore, & aliis: *n. 29. p. 27.*, tum quia uxor ad marito contradicendum audacior, quàm filia patri, est: *n. 32. p. 27.*; tum quia jura de patre contrahente cum filia non confidunt: *n. 40. p. 28.*; & filia à patre facilimè inducitur: *n. 41. p. 28.*

Metus difficilis probationis est: *tr. 2. l. 5. c. 7. n. 61. p. 488. tr. 9. q. 8. n. 19. p. 26.*; levioribus demonstrationibus probatur: *tr. 2. l. 5. c. 7. à n. 62. ad 68. p. 488.*; probatur indiciis, præsumptionibus, conjecturis: *dict. tr. 9. q. 8. n. 20.*; pro-

batus dicitur si de læsione constat: *ibi n. 15. p. 25.*; arguitur ex privatione dotis, alimentorumve: *ibid. n. 21. p. 26.*; ex inverosimilitudine rei gestæ: *ibi n. 24. 25. p. 27.*; metusque probatio in arbitrio judicis consistit: *ibid. n. 27. p. 27.*; & ut metus probetur, ratio naturalis, & ejus stimulus allegari sufficit: *ibi n. 38. p. 28.*

Ex qualitate sexus metus præsumitur: *tr. 9. q. 8. n. 42. p. 29.*; ideò potius præsumitur in fœmina, quàm in masculo: *ibid.*; & præsumitur inter habitantes in eadem domo: *ibi n. 43. p. 29.*

Consanguineorum præsentia quando metum cessare faciat? *tr. 9. q. 8. n. 30. & seqq. p. 27. & n. 57. p. 32.*

Metus reverentialis quando sufficiat ad rescindendos contractus? *tr. 9. q. 8. n. 45. p. 29.*; quando metus reverentialis mariti? *ibi n. 65. p. 33.*; quid quando filius fam. patris mandato cum tertio contraxit? *ibi n. 51. p. 31.*; quid quando filia patri donat? *n. 52.*; quid in filia nupta? *à n. 56. p. 32.*; quid quando datur donatarius dolosus, & judicis, consanguineorumve præsentia? *n. 58.*; quid si patris, infimul & mariti metus reverentialis concurrat? *n. 59. p. 32.*

Filia in favorem patris renuntiante, caliditate, & machinatione id facere præsumitur: *tr. 9. q. 8. n. 64. p. 33.*

Adiensæ hæreditatem metu efficietur hæres, restitueturve? *tr. 9. q. 9. n. 2. p. 36. & n. 27. p. 38.*

Contractus metu à muliere factus an nullus sit? *tr. 9. q. 9. n. 5. p. 36.*

Metu stipulans, jure civili tenetur: *ibi n. 22. p. 38.*

Res metu tradita, à dominio tradentis non exit: *ibi n. 24. p. 38.*

Promittens carceris metu non tenetur: *ibi n. 25. p. 38.*

Prorogatio metu facta, ipso jure est nulla: *ibi n. 26. p. 38.*

Ita beneficii resignatio: *ibi n. 28. p. 38.*

Ita professio: *ibi n. 29. p. 38.*

Ita testamentum: *n. 30. p. 38.*

- Ita procuratoris constitutio : *n.31.p.38.*  
 Ita Prælati electio : *n.3.2.p.38.*  
 Metu gestum , ratum haberi potest :  
*ibid. n.4.p.36.*  
 Metum inferens ad fructus , etiam per-  
 cipiendos , & ad omnem causam te-  
 netur : *tr.9.g.16.n.2.p.64;* & , si contra-  
 ctus ipso jure nullus est , fructus per-  
 cepti restituantur : *tr.9.g.9.n.33.35.*  
*37.48 à p.38.*  
 Metus quando annullat testamentum ?  
*tr.2.l.5.c.7. à n.12. ad 68. à p.486.;* &  
 quis metus ad hoc sit sufficiens ? *à n.*  
*24. ad 40. à p.486.;* quisnam ad annul-  
 landum , rescindendumvè contra-  
 ctum ? *à n.28. ad 40 p.486 ;* & quisnam  
 denique ad rescissionem cujuslibet a-  
 ctûs ? *tr.2.l.8.c.5.n.58.p.813.*  
 Miles , non conficiens inventarium , ul-  
 trà vires hæreditatis obligatur : *tr.1.*  
*l.2.c.11.n.44.45 p.246.;* prout diximus  
 in verb. *Inventarium p.224.;* nec ei  
 succurrit jus remedio restitutionis :  
*ibi n.47.p.246.*  
 Milites regulariter conveniri , accusa-  
 ri , & puniri ( in criminibus milita-  
 ribus ) valent coram Duce belli , &  
 Magistro militum : *tr.6.l.2.c.12.n.3.4.*  
*p.48.;* & *n.5.* quòd si in istis crimini-  
 bus à judicibus ordinariis capiuntur ,  
 remittendi sunt cum actis ad Gubernatorem , & Auditorem.  
 Militum privilegia ad eorum mulieres  
 non extenditur : *tr.7.c.5.n.5.p.34.*  
 Milites inventi cum armis prohibitis  
 capi possunt : *tr.7.c.9.n.29.p.83.;* sed  
 solum capiendi per suos Auditores :  
*ibid. n.65.p.68.*  
 Milites , quò ad delicta commissa ante-  
 quam in matricula describantur , pri-  
 vilegio fori non gaudent : *tr.7.c.12.*  
*n.55.p.105.*  
 Milites familiares à suo foro avellere  
 non possunt : *tr.7.c.18. à n.62.p.178.*  
 Milites magis privilegiati sunt , quàm  
 viduæ , cæteræque personæ privile-  
 giatæ : *tr.7.c.18.n.63.p.178.*  
 Minima non veniunt in consideratio-  
 ne , cum nihil , & parum in jure æqui-  
 parentur : *tr.1.l.1.c.9.n.34.35.p.115.;*  
 qui parum transgreditur , non vitu-  
 peratur : *ibi n.37.;* & ex transgressio-  
 ne modica nemo punitur : *n.36.p.115.*  
 Statutum generaliter loquens , mini-  
 mum non comprehendit : *tr.1.l.1.c.9.*  
*n.38.p.115.*  
 Alia videlis paulò infrà in verb. *Modi-*  
*ca p.291.*  
 Ministri Vide verb. *Judex p.238.*  
 Minores. Minor dicitur omnis ille , illa-  
 vè , qui , quævè 25 annos non com-  
 plet : *tr.3.l.5.c.11.n.1.p.337.*  
 Minor sagax , & prudens dicitur quan-  
 do gerit actus secundum normas pru-  
 dentia: : *tr.1.l.4.c.7.n.177.p.530.* Igno-  
 rans verò dicitur quoties adversus  
 eum scientia non probatur : *ibid. n.*  
*181.p.531.;* sicut etiam quando suc-  
 cedit in jus alterius : *n.189.;* & usque  
 ad ætatem viginti quinque annorum  
 unusquisque imprudens præsumitur :  
*n.190.p.531.*  
 Minor habens curatorem , & sine illo  
 contrahens , non obligatur ; si verò  
 non habeat , obligatur , sed restitui-  
 tur : *tr.3.l.4.c.3.n.107.p.171.*  
 Minorem esse aliquem an probetur per  
 id , quòd curatorem habeat ? *tr.3.l.4.*  
*c.10.n.202.p.210.*  
 Minor veniam ætatis impetrans , à cu-  
 ratore liberatur , & quò ad omnes  
 actus pro maiori habetur : *tr.3.l.4.c.*  
*3.n.129.130 p.175. l.5.c.9.n.5.p.313 &*  
*c.11.n.153 p.348.;* & quid in iudicio,  
 quidvè in contractibus facere queat ?  
*tr.3.l.5.c.9.tot. à p.312.*  
 Minor uxoratus pro maiori habetur :  
*tr.3.l.5.c.9.n.5.p.313. & c.11.n.153 p.*  
*348.;* sic verò non transit , si vel nu-  
 bat antè vigessimum , vel etiam deli-  
 centiâ iudicis ante decimum septi-  
 mum annum : *dict. c.9.n.13.p.314.;*  
 potest autem comparere in iudicio  
 sine curatore , si sit maior 17 annis :  
*tr.3.l.4.c.4.n.2.p.180.*  
 Minor adultus , seu pubes , quid cum  
 curatore , & quid sine illo efficere va-  
 leat , tam in contractibus , quàm in judi-

judiciis? *tr. 3. l. 5. c. 7. à p. 284. & c. 8. à p. 295.*

Minor sine curatore nequit esse in iudicio: *tr. 3. l. 4. c. 5. n. 3. p. 193. l. 5. c. 7. n. 27. 28. p. 290. & c. 8. n. 32. & seqq. p. 303.*

Minor restituit id, in quo locupletior factus est: *tr. 9. q. 60. à n. 18. p. 335.*

Bona alienata reivindicans quando pretium cum usuris restituere teneatur? *dict. q. 60. n. 19. 20. p. 335. & q. 79. num. 11. 13. 14. p. 43. & seqq., & videfis verb. Alienatio, ac Usura p. 24. & ...*

Minores 25. annorum (& maiores 20. annorum, & uxorati) ex capite læsionis restitutione gaudent: *tr. 9. q. 6. n. 7. p. 17.; nec eis alienatio immobilium permittitur: ibi n. 8.; nec eis solvi potest validè: q. 17. n. 8. p. 70.; nisi sint in studio: q. 17. n. 46. p. 76.; tunc namque eis validè etiam mutuantur: dict. n. 46. & 47. p. 76.*

Minores uxorati æquiparantur impetrantibus ætatis veniam: *tr. 9. q. 6. n. 9. p. 18.*

Minoribus æquiparati gaudent eorum omnibus privilegiis: *tr. 9. q. 31. n. 16. 18. p. 187.; & vide verb. Mutuum, ac Restitutio p. 295. & ...*

Minores non sunt locupletandi alienà jacturà: *tr. 9. q. 17. n. 48. p. 76.*

Missæ alibi celebrari nequeunt, & dicendæ sunt in loco à testatore designato: *tr. 1. l. 4. c. 6. n. 171. p. 488. tr. 4. l. 7. c. 10. n. 16. p. 187.; præterquam si ibi commodè dici non possint: tr. 1. l. 4. c. 6. n. 172. p. 488.; nisi impedimentum detur irremovibile: tr. 4. l. 7. c. 10. n. 16. p. 187.; & si declaratio testatoris deficiat, in loco sepulturæ dicendæ sunt: ibi n. 17. p. 187.*

Missarum elemosyna quomodò sit taxanda? *tr. 4. l. 7. c. 10. n. 18. 19. 20. p. 187.*

Certitudo Missarum quâ formâ fieri debeant? *tr. 4. l. 7. c. 10. n. 21. p. 188.*

Miserabilis persona dicitur pupillus, etiam si sit dives: *tr. 5. c. 3. n. 2. p. 17.;*

& vidua dives: *ibi n. 3.; & tandem omnes, de quibus c. 5. n. 59. p. 27. Etiam miserabilis persona reputatur filius patrem, ac matrem inutiles habens: tr. 1. rubr. part. 3. n. 8. p. 54.*

An privilegium miserabilibus concessum renuntiari queat? *tr. 5. c. 4. n. 2. 3. p. 21.; sed in dubio renuntiatum non præsumitur: ibi n. 4., maximè si renuntiatio ab eo fiat, qui de beneficio renuntiato haud certum est: n. 5. p. 21.*

Miserabilium uxores etiam potiuntur privilegio fori: *tr. 5. c. 4. n. 19. p. 22.;* itidem filius miserabilis personæ: *ibi n. 23.; fratres quoque: num. 25. p. 23.; miserabilibus hocce competit privilegium, licet eorum culpâ miserabiles deveniant: n. 32.; & licet miserabilitatis qualitas lite pendente superveniat: n. 39.; & etiam post conclusionem in causa: n. 40. p. 24.; & quantumvis divites sint miserabiles personæ, ad huc privilegio uti queunt: *ibid. n. 50. p. 24.**

Miserabilis, agens ex offensione sibi casualiter factâ, fori non gaudet privilegio: *tr. 5. c. 5. n. 12. p. 26. & c. 6. n. 45. p. 31.; nec in causis, in quibus specialis iudex deputatus est: dict. c. 5. n. 13. p. 26.; nec adversus simile, parvè jus habentes: n. 14.; nec si miserabilis judæus, vel infidelis sit: c. 6. n. 39. p. 3.*

Modestia definitur: *tr. 8. palestr. 3. lect. 9. p. 401. col. 2.; & talis est virtus, ut ducat, regatque omnes nostras operationes: ibid. p. 413. in med.*

Modica. De modicis non est curandum, nisi in casibus à jure expressis: *tr. 2. l. 8. c. 5. n. 26. p. 811.*

Alia jam paulò suprâ dedimus in verb. *Minima p. 290.*

Modus tripliciter considerari valet: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 153. 154. p. 525.*

Servare oportet modum omnibus in rebus: *tr. 1. rubr. part. 2. num. 199. p. 43.*

Nummè restituatur minor adversus modum,

- dum, conditionem vè haud impletam? Non parum rogas, dubia adeò est quæstio, ut in ea resolvenda consumpserit Author in *tr. 1. l. 4. c. 7. à n. 112. ad 196. à p. 121. ad 131.*, & tu consule amplius verb. *Restitutio p.*
- Modalia quæ sunt, regulariter transmittuntur, etiam non præstitâ cautione de modo implendo: *tr. 2. l. 4. c. 9. n. 87. 88. p. 395.*
- Modus an impleri valeat à tutoribus, & curatoribus favore pupillorum, & minorum? *tr. 3. l. 6. c. 32. tot. p. 74.*
- Omnia cum, nulla sine modo, fiunt: *tr. 8. palæstr. 1. lect. 28. p. 162.*
- Molendinum, in præjudicium alicujus aliud molendinum inferius habentis, fieri nequit: *tr. 4. l. 2. c. 10. num. 74. p. 134.*
- Momus Deorum operarum Censor erat: *tr. 8. palæstr. 3. lect. 3. p. 357. col. 2.*
- Monachus. Vide verb. *Religiosus p.*
- Monasterium. Vide verb. *Religio p.*
- Moneta De illius diminutione: *tr. 4. l. 6. c. 8. à n. 86. à p. 80. c. 10. n. 29. p. 94. c. 11. n. 57. p. 106.*
- Plura alia videfis in verb. *Pecunia p.*
- Monetarius inventus delinquendo ad judicem monetæ est mittendus: *tr. 7. c. 9. n. 62 p. 67.*
- Monetarius, delinquens in officiis publicis, non gaudet privilegio fori: *tr. 7. c. 15. n. ultim. p. 139.*
- Monetarii habent privilegium fori activum, & passivum: *tr. 7. c. 18. n. 66. p. 178.*
- Familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis coram suo judice convenire tenentur Monetarii: *tr. 7. c. 18. n. 67. p. 179.*
- Monetarius judicium divisionis declinare non potest: *tr. 7. c. 18. n. 98. p. 183.*; nec conventus pro debito Regio: *ibi n. 101.*; nec in judicio reconventionis: *ibid. n. 108. p. 184.*; nec in executione: *n. 116. p. 185.*
- Monetarius, agens contra alium, eum convenire debet coram suo judice: *tr. 7. c. 18. n. 128. p. 191.*
- Monialis. Vide verb. *Religio p.*
- Monitio* differt à citatione, quia illa non exoptulat superioritatem in monente; ista secùs: *tr. 1. l. 1. c. 6. num. 14. p. 98.*
- Monopolium.* Non est crimen exceptum: *tr. 7. c. 13. n. 38. p. 114.*; est tamen gravissimum: *ibi n. 39.*; & severissime est puniendum: *dict. n. 39. p. 114.*
- Invehuntur DD. contra judices illud non punientes: *tr. 7. c. 13. num. 41. p. 114.*
- Mons pietatis,* sivè Misericordiæ quifnam dicatur? *tr. 5. c. 5. n. 49. p. 27.*
- Monumenta.* Vide verb. *Sepultura p.*
- Mora* duplex est, alia *regularis*, *irregularis* alia: de quibus multa scitu digna in *tr. 4. l. 2. c. 11. à n. 49. ad 59. p. 147.*; & unicuique sua mora nocere debet: *l. 4. c. 7. n. 23. p. 265.*; ad eam incurrendam non sufficit procuratoris interpellatio, nisi mandatum ad exigendum, recipiendum, & quietandum ostendatur: *l. 2. c. 10. n. 56. p. 132.*; inducitur re ipsâ mora quando debitor debito tempore non solvit: *l. 6. c. 21. n. 27. p. 102.* Quando debitor tritici, vini, olei, constituitur in mora? *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 54. 55. p. 132.*; nec non ad quid ex mora teneatur? *ibi à n. 57.* Quando minor constituitur in mora, nec ne? *l. 2. c. 11. n. 60. p. 148.*
- Mora defuncti* refunditur, & transit in hæredem etiam minorem: *tr. 1. l. 3. c. 12. n. 53. p. 384.*
- Quando dicatur hæres gravatus in mora restituendi fideicommissario, nunquid à litis contestationis, vel ab interpellationis tempore? *tr. 2. l. 5. 13. de n. 192. ad 194. p. 552.*
- Mora* in exequendo periculosa est secundo exitui: *tr. 8. palæstr. 1. lect. 2. p. 7. in princ.*
- In parvis aliquando immorari licet: *tr. 9. q. 65. n. 23. p. 379.*
- Mora* quando absque interpellatione incurratur? *tr. 9. q. 15. n. 15. 16. p. 63. & q. 16. n. 7. p. 65.*
- Et quando quis ob moram ad æstimatione-

- tionem quanti plurimi teneatur? *tr. 9. q. 15. n. 16. p. 63.*
- Quando intervenire dicatur circa implendam conditionem habitandi in certo loco? *tr. 9. q. 81. n. 9. p. 438.*
- In contractibus prima mora nocet: *tr. 9. q. 85. n. 25. p. 457.*
- Quando per obligationem purguetur mora? *tr. 9. q. 85. n. 23. p. 456.*
- Creditor, morosus in recipiendo, culpâ non vacat: *tr. 9. q. 90. n. 17. p. 472.*; & creditoris mora sibi, & non aliis præjudicialis esse debet: *n. 18. p. 472.*
- Cætera jam extant in verb. *Dilatio*, ac *Interpellatio* *p. 124. & 223.*
- Morbus quomodo sit probandus? *tr. 5. c. 5. n. 23. p. 20.*
- Mores boni laudantur, maliquè increpantur in *tr. 3. l. 8. c. 1. à n. 25. p. 288.*
- Parentum mores cum semine in filios transeunt: *tr. 1. rubr. p. 1. n. 46. 47. p. 7.*
- Nostri temporis mores peiores temporum transactorum moribus: *tr. 8. palæstr. 3. lect. 4. p. 367.*
- An mores fortuna mutet? Jam tetigimus in verb. *Fortuna* *p. 190.*
- Cætera in verb. *Consuetudo*, *Stylus*, *Praxis* *p. 95. p. . . & p.*
- Mors. Si vis benè mori, ut mortuus vive: *tr. 1. rubr. part. 2. n. 292. p. 50. tr. 8. palæstr. 3. lect. 3. p. 358. in princ. & lect. 4. p. 365. col. 2. & lect. 15. p. 463. in princ.*
- Quæ facta à proximo morti fraudulenta præsumantur? Roganti responsonem dabit verb. *Fraus* *p. 192.*
- Idem est gladio, vel veneno, aut fame necare: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 141. p. 524.*
- Maritus mulierem censetur interficere, qui ægrotantem non curat: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 142. p. 524.*
- Damnatus ad mortem an, & quando testari possit? *tr. 2. l. 2. c. 4. à n. 36. ad 51. à p. 152.*, & dicemus in verb. *Testamentum* *p.*
- Quot annis quis præsumatur vivere, cum de jure, tum secundum hodierni temporis angustiam? *tr. 2. l. 2. c. 5. ex n. 91. ad 94. p. 164.*
- Vivere per gloriam quando dicantur mortui? *tr. 2. l. 4. c. 6. à n. 105. ad 111. à p. 366.*
- Quando plures in eadem ruinâ, incendio, naufragio, bello occumbunt, quis eorum prior vitam cum morte commutaverit, dum res est dubia, disquires? Lucem accipies ex *tr. 2. l. 4. c. 7. n. 67. p. 375.*; ita ut mortuo patre, & filio in eadem strage, ille, & non iste prior mori præsumatur: *tr. 2. l. 5. c. 11. n. 154. p. 534.*; infante, & matre eodem naufragio pereuntibus, præsumitur prius illum, quàm istam ultimum clausisse diem: *l. 7. c. 6. n. 26. p. 723.*
- Mors absentis præsumitur post decem absentia annos: *tr. 4. l. 4. c. 12. n. 49. p. 290.*
- Jus vindicandi necem defuncti, jure sanguinis, & non jure hæreditario competit: *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 31. p. 129.*
- Mors est certa an, incerta quando: *tr. 6. l. 4. c. 9. n. 33. p. 189. tr. 8. palæstr. 3. lect. 10. p. 417.*
- Mortis præsumptio sufficit, quando de bonis tantum agitur: *tr. 9. q. 96. n. 7. p. 506.*
- Litigante mortuo, ejus hæredes citari debent: *tr. 9. q. 96. n. 10. p. 506.*
- Moribundi potiùs mortui, quàm vivi reputantur: *tr. 9. q. 28. n. 59. p. 155.*
- Argumentum valet à concedentis morte ad mortem recipientis: *tr. 9. q. 86. n. 12. p. 459.*
- Mors quomodo probetur, & quis vivere præsumatur? *tr. 3. l. 8. c. 8. n. 39. p. 317.*
- Fama probatur, prout in *tr. 9. q. 96. n. 6. p. 506.*; Parochi certitudine: *ibid. n. 3. p. 506.*; ingressu belli, si notitia non adsit ex eo vivum evasisse: *ibi n. 2. 8. & seqq. p. 505.*; absentia longâ: *ibid. n. 4. p. 506.*; quia absentia longa morti æquiparatur: *ibi n. 5. p. 506.*
- Morte privilegiati amittitur privilegium: *tr. 7. c. 24. n. 2. p. 328.*
- Morte concedentis non expirant privilegia Familiarium, Officialiumquè Sanctæ Inquisitionis: *tr. 7. c. 24. n. 19. p. 329.*

- Privilegia Principis perpetua sunt: *ibi n. 4. p. 328.*
- Gratiæ, & favores morte concedentis non expirant: *ibid. n. 5. p. 328. & n. 21. p. 329.*; sicut etiam non expirat gratia de eligendo confessore ad libitum: *ibi n. 27. p. 329.* Atverò:
- Privilegia odiosa sic: *tr. 7. c. 24. num. 25. p. 329.*
- Gratia, ut facta est, habet perfectum effectum: *ibi n. 26. p. 329.*
- Morte familiarium, officialiumquè expirant privilegia quò ad filios, & uxores: *ibi n. 28. & 29. p. 330.*
- Privilegium patroni, & socii morte expirat: *ibid. n. 30. p. 330.*
- Nostrâ interest scire mori: *tr. 8. palest. 3. lect. 3. p. 358. in princ.*; quapropter, cum ignoretur quando ventura est mors, licet nos semper esse paratos: *palestr. 3. lect. 4. p. 365. col. 2. in fin. & lect. 10. p. 418. in princ.*
- Sicut est vita, mors ita: *tr. 8. palest. 3. lect. 4. p. 366. in princ.*
- Velle mori, & nolle mori, omne culpabile est: *tr. 8. palest. 3. lect. 15. p. 461. in fin.*; mors quippè, utpotè inevitabilis, neque fugienda, neque timenda: *palestr. 3. lect. 3. p. 359. in med.*
- Insania est sentire quòd moriatur, quod est mortale: *tr. 8. palest. 3. lect. 15. p. 460. in fin.*
- Mos. Vide verb. *Consuetudo, Mores, Præxistis, Stylus p. 95.*
- Mulier an præsumatur scire facta mariti? *tr. 1. l. 1. c. 9. n. 66. 67. p. 118.*
- Sortitur forum, ac domicilium mariti, prout jam dedimus in verb. *Domicilium, & Forum p. 131. & 191.*
- Mendax, perjura, falax, dolosa, mutabilis, & varia de suâ naturâ est: *tr. 1. l. 2. c. 6. n. 10. p. 202.*
- Uxores judicium eis imperare non debent: *tr. 1. rubr. part. 3. n. 38. 39. p. 57.*; caveant tamen præfati judices, ne mulieribus annuant; quia eis danda non est potestas: *ibi n. 40.*
- Fœminis non magis succurritur, quàm aliis, nisi in casibus à jure expressis: *tr. 1. l. 3. c. 5. num. 7. p. 304.*
- Mulier cum relatione ad virum, vide verb. *Uxor p.*
- Mulier fragile, valdèquè debile consilium, ac judicium habet: *tr. 2. l. 6. c. 2. num. 32. p. 604. tr. 3. l. 1. c. 8. num. 3. p. 19.*
- Mulieres non possunt se obligare, ut pro debito civili carceri tradantur: *tr. 7. c. 4. n. 44. p. 29.*
- Mulier ignobili nubens nobilitatem amittit: *tr. 7. c. 5. n. 34. p. 37.*; & non potest vocari de *Dom.*
- Mulieres etiam comprehenduntur sub statuto prohibente arma: *tr. 7. c. 9. n. 12. p. 60.*
- Mulier more meretricum vestita, meretrix præsumitur: *tr. 7. c. 22. n. 8. p. 298.*, & vide in verb. *Uxor p.*
- Quibusnè qualitatibus potiri debeant mulieres, quæ ducendæ sunt? Jam dedimus in verb. *Matrimonium p. 283.*
- Væ mulieribus, quippè, cum poleant gubernio domus, non potiuntur gubernio sui? *tr. 8. palest. 1. lect. 11. p. 47. col. 1.*
- Numerantur aliquæ, quæ multorum Regnorum ruinam impulerunt, in *tr. 8. palest. 1. lect. 11. p. 48. col. 1.*
- Mulieres tantò fortius dominantur in viros, quantò eis plus obtemperant: *ibid. p. 47. col. 2.*
- Avaræ sunt mulieres: *tr. 9. q. 8. n. 34. p. 28.*; imò genus est avarissimum: *tr. 1. rubr. part. 3. n. 41. p. 57.*; trepidant, ne illis terra deficiat: *dict. q. 8. n. 39. p. 28.*; earumquè donatio pro miraculo habetur: *ibi n. 35. p. 28.*; suspectaque habetur: *ibi n. 36.*; & deceptæ præsumuntur, si liberales existant: *ibid. n. 39.*; & alienationem ob non verisimilitudinem factam revocare possunt: *ibi n. 25. p. 27.*; & cætera inveniendi in verb. *Alienatio, Maritus, ac Metus p. 24. 281. & 289.*
- Muliones quando adstringatur, nec nè, ad rerum ablatarum restitutionem? Facile erit scire, si quæras *tr. 1. l. 4. c. 1. à n. 78. ad 81. p. 409.*

**Munera**, seu dona, recipere nequeunt  
judices: *tr. 1. rubr. part. 2. n. 207. p. 43.*  
& *n. 213. p. 44.*; aut miraculosus repu-  
tatur, qui nullum recipit donum: *n.*  
*206. p. 43.* Sed an aliqua saltem mune-  
ra acceptare possint? *ibi à num. 228.*  
*p. 45.*

Munera corrumpunt judices, de quo  
faceta carmina aspice in *tr. 3. l. 6. c. 20.*  
*n. 11. p. 40.*

Munera quâ formâ ferè omnes judices  
recipiant, quæ forma reprehenditur:  
*tr. 6. l. 4. c. 16. n. 65. p. 264.*

Nedùm homines, verùm etiam Deos  
muneribus capi vulgatur: *tr. 1. rubr.*  
*part. 2. n. 216. p. 44. tr. 6. l. 4. c. 16. num. 7.*  
*p. 258.*; nulla enim est res, quæ mune-  
ribus denegetur: *tr. 1. rubr. part. 2.*  
*n. 217. p. 44.*

**Munus** tripliciter accipitur: *tr. 1. rubr.*  
*part. 1. n. 1. p. 3.*; sumptum, prout est  
officium, duplex est; aliud publicum,  
aliud privatum: *ibi n. 3.* Munus, quod  
non est publicum, nemo acceptare  
compellitur: *tr. 1. l. 4. c. 5. n. 39. p. 472.*;  
sed munus privatum, postquam sus-  
ceptum est, necessariò adimplendum:  
*ibid. n. 40.*; & sufficit acceptare ex-  
pressè, vel tacitè: *ibi n. 41. p. 472.*

Qui munera Reipublicæ subit, omnium  
est expositus linguis: *tr. 1. rubr. part.*  
*1. n. 21. p. 4.*; igitur hinc profluit insta-  
bilem esse muneris publici possessio-  
nem: *ibi n. 27. p. 4.*

Munera qui subeunt, libertatem amit-  
tunt: *tr. 1. rubr. part. 1. n. 28. p. 4.*; & *n.*  
*30.* referuntur qui eas recusarunt.

Ambientes publica munera admittendi  
non veniunt: *tr. 1. rubr. part. 1. n. 31.*  
*p. 5.*; sed cogendi sunt qui ea acce-  
ptent: *ibi n. 34. p. 5.*; quoniam ea am-  
bientes se se indignos reddunt: *n. 35.*  
*36.*; nec non qui Magnatùm ope ju-  
vantur: *n. 37. p. 5.*

Nobiles cogendi sunt ad munera publi-  
ca: *tr. 1. rubr. part. 1. n. 45. p. 7.*; modò  
exteri non sint: *ibi n. 137. 142. & seqq.*  
*p. 17. & seq.*

Munus judicis orphanorum, omnium

munerum Reipublicæ periculosissi-  
mum est: *tr. 1. rubr. part. 3. n. 19. p. 55.*  
Reliqua in verb. *Judex p. 238.*

**Murmuratio** trifariam dividitur; alte-  
ra dicitur obtrectatio, quæ est ma-  
lè loqui; altera detrectatio, quæ est  
bonum minuire; altera denique ca-  
lumnia appellatur, quæ est vitupe-  
rare, laudarevè ad circumvenien-  
dum: *tr. 8. palæstr. 3. lect. 17. p. 475. col. 1.*  
**Murmurationes**, & sentiendæ, & fe-  
rendæ: *dict. lect. 17. tot. à p. 475.*

**Musica**. In hac arte melius est esse au-  
diens, quàm Magister: *tr. 8. palæstr.*  
*2. lect. 9. p. 240 col. 1. in fin.*

**Mutatio** Ex persona hæredis defuncti  
obligatio nullam recipere debet mu-  
tationem: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 42. 79. p. 224.*  
& 227.

Mutato judice, scriba non censetur mu-  
tatus: *tr. 1. l. 1. c. 3. n. 30 p. 87.* Judex  
verò purè delegatus potest ad libi-  
tum mutare Notarium: *tr. 1. l. 2. c. 5. n.*  
*62. p. 197.*; nisi Notarius sit à delegan-  
te designatus: *ibi n. 63.* Judex autem  
delegatus per jurisdictionem excita-  
tam, seu suscitatum, Notarium eli-  
gere nequit: *tr. 1. l. 2. c. 5. n. 65. p. 197.*  
Judex subrogatus loco alterius, istius  
Notarium mutare nequit: *ibi num. 66.*  
*p. 197.*

**Mutus**. Vide *Surdus p.*

**Mutuum**. An ex mutuo teneantur mi-  
nores? *tr. 3. l. 6. c. 12. n. 15. p. 24.*

Mutuum causâ studii obligat minorem,  
licet inhibitiò præcedat: *tr. 9. q. 17. n.*  
*46. 47. p. 76.*

Mutuum sine mandato an possit insti-  
tor recipere? *tr. 4. l. 7. c. 9. n. 38. 39.*  
*p. 181.* Factores præpositi ad colli-  
gendos fructus dominum ex mutuo  
non obligant, præterquàm si in uti-  
litate ejus versum fuisse probent:  
*ibi n. 58. p. 183.*